THOMAE EDESSENI

TRACTATUS

DE

NATIVITATE DOMINI NOSTRI CHRISTI

TEXTUM SYRIACUM EDIDIT
NOTIS ILLUSTRAVIT LATINE REDDIDIT

SIMON JOSEPH CARR

SACRAE THEOLOGIAE BACCALAUREUS

A DISSERTATION PRESENTED
TO THE FACULTY OF PHILOSOPHY OF THE CATHOLIC UNIVERSITY OF AMERICA
FOR THE DEGREE OF DOCTOR OF PHILOSOPHY

ROMAE
TYPIS R. ACADEMIAE LYNCEORUM

MDCCCXCVIII


THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
ST. MICHAEL'S
COLLEGE
LIBRARY

TO THE CHERISHED MEMORY

OF

RT. REV. JAMES A. CORCORAN S. T. D.

THIS BOOK IS DEDICATED

IN GRATITUDE FOR MUCH KINDNESS

« Hunc video mihi principem et ad suscipiendam et ad ingrediendam rationem horum studiorum exstitisse ».

CIC. *pro Archia.*

BIOGRAPHY

The author of this Dissertation, Simon Joseph Carr, was born October 25th 1867, at North Wales, Montgomery Co., Pennsylvania. After a preparatory training in the public schools of Philadelphia, he followed, during three years, collegiate courses at La Salle College, in the same city. In 1884, he entered the Philadelphia Theological Seminary, at Overbrook, where he remained until 1891. There he began the study of Hebrew and Syriac under that ripe scholar, the late Rt. Rev. James A. Corcoran. Since then he has passed three years at the Catholic University of America, Washington, D. C., pursuing the study of the Semitic Languages in the Seminar conducted by Prof. Henry Hyvernat. During his first year at this University, he received the degree of Bachelor of Theology.

INTRODUCTION

Tōmā ūrhāyā or Thomas of Edessa, the author of the present treatise, flourished in the first part of the sixth century. The few facts that we possess concerning his life, are gleaned from his relations with Mār-Abhā I, who was Catholicus from the year 536 to the year of his death 552. The latter was a convert from the Zoroastrian religion, and a man of remarkable talent. After his conversion, he frequented the schools of Nisibis; from there he went to Edessa, where he studied Greek under Thomas. It is natural to suppose that Thomas adopted the views of Mār-Abhā on theological and scriptural subjects, and for this reason, is spoken of both as his disciple and as his teacher. Afterwards they visited Constantinople together; it seems probable that Thomas died there, or on the return journey to Nisibis, whither Mār-Abhā fled.

ʿAmr b. Mattā (1) (or rather Mārē b. Sulaymān (2)) writing of Mār-Abhā says: « Ad Romanos postea migratione facta, Edessenum Thomam audivit, a quo graecam linguam didicit. Et ipse quidem syriace exponebat, quae Thomas ex graeco ver-

(1) Assemani, *B. O.*, III, 1, p. 76.
(2) Ed. Gismondi, p. 50.

tebat. Per hunc modum coniunctis studiis Mar Theodori libros collegerunt. Ambo deinde Constantinopolim profecti, quum ad anathematizandos tres Patres cogerentur, illique recusarent, tantum non interfecti fuere. Clam itaque inde fugam meditati, Nisibin sese proripuere, ubi Mar-Abas literas docere, Nisibenis id enixe exposcentibus, exorsus est. Quo tempore congregatis post Pauli obitum Patribus, in Catholicum electus fuit ».

Cosmas Indicopleustes, in his *Topographia Christiana* (¹), writes: *ἐν παρόδῳ ἐξηγησάμην οὐκ οἴκοθεν ὁρμηθεὶς, οὐδ' ἐξ ἐμαυτοῦ πλασάμενος ἢ στοχασάμενος, ἀλλ' ἐκ τῶν θείων Γραφῶν παιδευθεὶς, καὶ διὰ ζώσης φωνῆς παραλαβὼν ὑπὸ τοῦ θειοτάτου ἀνδρὸς καὶ μεγάλου διδασκάλου Πατρικίου, ὡς* (sic!) *τάξιν Ἀβραμιαίαν πληρῶν, ἐκ Χαλδαίων παραγεγονὼς ἅμα τῷ ἐν ἁγίοις τότε μαθητῇ Θωμᾷ τῷ Ἐδέσσης αὐτῷ πανταχοῦ ἀκολουθήσαντι, νῦν δὲ ἐν τῇ Βυζαντίῳ βουλήσει θεοῦ τὸν βίον μεταλλάξαντι, μετέδωκε θεοσεβείας καὶ γνώσεως ἀληθεστάτης, ὃς καὶ αὐτὸς νυνὶ ἐκ θείας χάριτος, ἐπὶ τοὺς ὑψηλοὺς καὶ ἀρχιερατικοὺς θρόνους ἀνήχθη τῆς ὅλης Περσίδος, καθολικὸς ἐπίσκοπος αὐτόθι κατασταθείς.*

Πατρίκιος is the Greek form of Mār-Abhā, Abhā in Syriac meaning *πατήρ* — Montfaucon, in his preface to Cosmas Indicopl. (²) says: « Ipsius Cosmae aevo, anno circiter 530, quidam Thomas Edessenus eius amicus et Patritii senis discipulus ad archiepiscopales totius Persidis thronos evectus est » — Doubtlessly Montfaucon, as La Croze (³) has remarked, misinterpreted the above passage, giving it the same sense as the latin translation

---

(¹) Migne, *P. G.*, 88, c. 73.
(²) Migne, loc. cit., c. 40.
(³) *Histoire du Christianisme aux Indes* (La Haye 1758) pp. 40 ff.

in Migne: « Ex Chaldaea profectus est cum sancto viro, tum discipulo suo, Thoma Edesseno, qui ipsum ubique secutus est; iamque Byzantii, volente Deo, vita functus, eidem Thomae piae religionis et verae scientiae munus reliquit, qui nunc etc. ». — We know from the statements of Mārē b. Sulaymān (ʿAmr b. Mattā), and Barhebraeus (1), that it was Mār-Abhā, and not Thomas, who was afterwards made Catholicus of all Persia. The passage evidently should be rendered, with Assemani (2), as follows: « . . . ex Chaldaea profectus unacum sancto viro, tum discipulo suo Thoma Edesseno, qui ipsum ubique secutus est, nunc vero Byzantii, Deo volente, vitam cum morte commutavit; piae religionis et verae scientiae munus tradidit, qui et nunc per Dei gratiam » etc.

Barhebraeus says (3): « Successit ei [Paulo] Abas, qui magus antea fuerat, postea vero fidem amplexus et baptizatus, Nisibin abiit ubi linguam syriacam didicit. In historia ecclesiastica Nestorianorum scriptum invenimus hunc Abam, postquam syriacam linguam didicisset, cupiisse pariter linguam graecam addiscere. Idcirco Edessam profectus praeceptorem habuit quempiam nomine Thomam, virum Jacobitam (4), qui graecam linguam apprime callebat. Cum illo Alexandriam petiit eiusque familiaritate usus est dum libros e graeco syriace convertebat ».

Barhebraeus is incorrect when he declares that Thomas was a Jacobite, unless we are willing to admit that the Thomas who

---

(1) Assemani, *B. O.*, II. p. 411-12; Abbeloos & Lamy Bar-hebr. Chron. III, col. 89 ff.

(2) *B. O.*, III, 2, p. 416. I would besides write *beato* instead of *sancto* and (me) *participem fecit* instead of munus reliquit.

(3) Abbeloos & Lamy, op. et loc. cit.; Assemani, *B. O.*, III, 1, p. 75.

(4) ܓܒܪܐ ܝܥܩܘܒܝܐ (sic!)

taught Mār-Abhā Greek at Edessa, was a different person from Thomas of Edessa the disciple of Mār-Abhā, and the author of the present treatise ([1]). We know to a certainty, from his doctrine concerning the Incarnation contained in this work, that the author was an advocate of the Nestorian heresy.

Ebediesu in his Catalogue ([2]) makes mention of the works of Thomas: « Thomas Edessenus scripsit de Causa Nativitatis et Epiphaniae ([3]); epistolam adversus Tonos ([4]); solutionem Astrologiae; prolixos sermones Paracleticos; et disputationes adversus haereses ». Besides writing these works, he was, as we have seen above, a collaborator with Mār-Abhā in making, from the Greek, a Syriac Version of the Sacred Scriptures. They are likewise credited by Ebediesu ([5]) with having made a Syriac translation of the Liturgy of Nestorius. The same claim is made in regard to the Liturgy of Theodore of Mopsuestia, by Mārē b. Sulaymān (ʿAmr b. Mattā) implicitly, at least, (see p. 7, f), and also in a manuscript of the British Museum, Add. 7181 ([6]).

All discussion of the views of Thomas on theological subjects is reserved for some future time. As soon as convenience permits, the treatise « *De Epiphania* » will be published, — the only other work of this author which is contained in our Ms. Its character, in a great measure, is doctrinal; hence it would scarcely

---

([1]) If we can trust the passage quoted above from Cosmas Indicopleustes it would appear that the teacher of Mār-Abhā was really a different person from our Thomas of Edessa. But we postpone for a future occasion the discussion of that intricate problem.

([2]) Assemani, *B. O.*, III, 1, p. 86.

([3]) Those are two distinct treatises on two distinct feasts contrary to what might be concluded from Ebediesu's words and their interpretation by Assemani, loc. cit. nota 5.

([4]) « In qua scilicet cantus diversis tonis exeuntes qui in Ecclesia Syrorum usurpantur minus probat » Assemani, op. cit., p. 87, nota 1.

([5]) Assemani, *B. O.*, III, p. 36.

([6]) W. Wright, *A Short Hist. of Syriac Literature*, 117.

be prudent to speak definitely on his theological views without giving due attention to both treatises.

The works of Thomas of Edessa have never been published. It is doubtful if any Mss. containing them exist in the libraries of Europe. He lived at Edessa, the Athens of the Syriac language, and flourished during the golden age of Syriac Literature. His style, whilst not lacking peculiarities, is purely classical; his writings consequently are of great value to the Syriac scholar, and will be found to be of especial worth in illustrating the syntax of idiomatic Syriac.

The original manuscript of this work is in the library of the monastery of Mār-Yaʿkū, which is situated on a plateau overlooking the Bohtan river, about a mile in a southerly direction from the town of Seert, in Kurdistan. The following colophon appended to our copy explains itself. « The Chaldean priest Samuel Djamīl, of the monastery of Rabban Hormizd the Persian, in returning from a mission among the Nestorians in the mountainous districts, discovered this remarkable codex in the library of Mār-Yaʿkū the Recluse, in the diocese of Seert. And when he ascertained that there was no other codex like it at Mossoul, or in that vicinity, he went to the trouble, at a personal expense of ten silver mejid ie, of having a copy made for the library o the Chaldean monks of the monastery of « *My Lady Mary Protector of the grain* » which is near Alkosh, the city of the prophet Nahum. This was done on the 26th of the western month March, in the year of Christ 1885 ».

This last named monastery is a recently built addition to that of Rabban Hormizd; in it the library is located. Our Ms. [1] is a transcript, made in 1889, from the copy in this library under

(1) Marked Syr. VIII, in Prof. Hyvernat's collection of oriental mss.

the supervision of Abbot Samuel Djamīl, and for the use of Prof. Hyvernat who was then a visitor there. It is written in the modern Nestorian character, and furnished with vowel-points. The text is printed just as it reads in Our Ms. At the foot of each page will be found any correction which was deemed necessary, or any conjectural reading which was thought worthy of suggestion.

I am indebted to prof. Henri Hyvernat for placing at my disposal this valuable manuscript; and I wish to thank him for the constant encouragement which he gave me whilst I was preparing this Dissertation.

I may not close without expressing my gratefulness to prof. Ignazio Guidi, of Rome, who examined the Dissertation before it was printed, suggested some of the more skilful emendations in faulty passages of the text, and, with great kindness, consented to read the proof-sheets. I thank also Abbot Djamīl, now Procurator general of the Patriarch of Babylonia of the Chaldeans, in Rome, who kindly compared the most difficult passages of our text with another copy in his possession.

March 1897

Simon Joseph Carr.

Per virtutem Domini nostri Iesu Christi incipimus scribere volumen disputationum [2] auctoribus Mar Thoma Edesseno, magistro religionis Dei, et Mar Kaiura laboris consorte. 3 [1]

Prima [disputatio], auctore Mar Thoma: de Nativitate carnali Domini nostri Christi.

CAPUT PRIMUM:	*Ad illum qui eum rogavit ut illam [disputationem] scripto mandaret.*
„ SECUNDUM:	*Quaenam sint eiusdem causae capita.*
„ TERTIUM:	*Investigatio de causa propter quam hoc festum celebramus.*
„ QUARTUM:	*Quaenam sint bona quae nobis data sunt per Dominum nostrum Iesum Christum.*
„ QUINTUM:	*Quam ob causam haec ipsa bona hucusque revelata non fuerint.*
„ SEXTUM:	*Opus fuit mediatione alicuius per quem accipere possemus haec bona a Deo.* 4
„ SEPTIMUM:	*Quas ob causas nil aliud hoc tempore sumpserit Deus pro sua revelatione, nisi hominem ex nobis.*
„ OCTAVUM:	*Quod Dominus noster Christus non fuit homo simplex (ψιλὸς ἄνθρ.).*
„ NONUM:	*Quam ob rem homo Domini nostri sumptus non fuerit e terra, sed ex virgine sine coitu viri.*
„ DECIMUM:	*Quam ob causam ordinaverit Deus ut homo Domini nostri tempore verno conciperetur.*
„ UNDECIMUM:	*Exhortatio ad vitam honestam.*

(1) Numeri in margine positi referuntur ad paginas textus Syriaci in præsenti editione.

(2) Ad litt. « causarum (dicendi, vel scribendi) », et ita deinceps.

5 CAPUT PRIMUM.

Ad illum qui rogavit ut eam [disputationem] scripto mandaret.

Tuum quod unacum fratribus claris coenobii nostri mihi dedisti utile consilium, tuumque iucundum mandatum, O electe Dei, Mar Moyses Lector, diversas cogitationes in me excitarunt, et in varias considerationes me deiecerunt. Mihi enim mandastis ut scriptis etiam traderem illam quippe causam Nativitatis gloriosae Domini et Salvatoris nostri Christi, quam dixi post Magistrum nostrum sanctum, Mar Aba Interpretem; quod quidem tremo facere, ne . . . . ; . . . . facile reputer ab iis qui cum causa et sine causa reprehendere amant; item, mandato non obtemperare timeo, ne praecepti violator consiliique transgressor
6 | a viris habear qui nihil dicunt nisi intuitu religionis Dei vivi. Sed dum in his similibusque cogitationibus morabar, adiudicavi conveniens mihi esse, voluntati vestrae satisfacere, aliis quidem relinquens loqui prout velint, ne, dum timeo verba invida quae nullam apud Deum faciunt iniuriam, vobis per voluntatem bonam atque vitam perfectam Christo placentibus, murmurandi in me causam praeberem, eo quod mandato vestro non obtemperaverim. Rogans itaque auxilium precum vestrarum Christo acceptabilium, ecce incumbo ad voluntatem vestram explendam. Hoc prae omnibus peto a vobis, et ab illis qui quocumque modo in haec scripta inciderint, ne ullo modo de me falso opinemini, quod nempe accesserim dicere aut scribere, sperans me infirmum posse in hoc tractatu omnia quae sunt magistri nostri sic tradere prout ipse ea dixit. Imo hanc solam fiduciam habeo in meis sermonibus — et hoc ab intima procedit persuasione — quod omnia mea ita relate ad magistri nostri dicta se habent, ut quis ab
7 his ad illa ducatur tanquam ab imagine | ad prototypum suum, et tanquam ab umbra ad corpus quo iacta est. Quemadmodum insuper in loco quo sese extendunt radii solis, lucerna parva non est apta ad lucem dandam, sic etiam haec mea deperibunt, cum illa magistri nostri manifestant suarum cogitationum splendores.

Faciam igitur divisionem in capita quibus tota disputatio ad maiorem utilitatem disponitur; et deinde incipiam illa dicere quae postulat ordo singularum rerum in ipsa disputatione. Sciunt

enim sapientia et intellectus vestrum, quod illos, qui ambulaturi sunt per viam quotcumque milliarium quam probe non noscunt, multum adiuvat accipere signa et indicia quae sunt in via, et post hoc ambulare incipient; sic eis evenit, si animum attentum teneant, facile a signo ad signum et ab indicio ad indicium usque ad finem viae sine errore ambulare. Quod si hoc ita est, manifestum est multo magis esse necessarium iis qui orationem quamdam quotcumque sententiarum memoriae tradere cupiunt quod prius discant quaenam sint ipsius tractatus singula capita. Quod si ita fiat, quando cogentur dicere orationem, quanquam scriptum praesto non sit, unde totam orationem in memoriam re-
vocent, | attamen eo quod praevie didicerunt numerum et titu- 8
lum omnium capitum, poterunt facile orationem habere, etiamsi omittant nonnihil ex eis quae in medio capitum sunt.

CAPUT SECUNDUM.

Quaenam sint capita eiusdem disputationis.

Etiamsi unicuique apertum sit, festum quod hodie celebramus, Nativitatem esse Christi, mens tamen non est contenta illud tantummodo discere quod hoc sit festum Nativitatis Domini nostri, sed saepius aggreditur hanc etiam quaestionem: quare id celebramus? Cum investigaverimus et invenerimus id esse propter magna bona quae nobis data sunt per Dominum nostrum Christum qui hodie pro omnibus creaturis natus est, ut, colendo eorum memoriam eorumque datoris complendo voluntatem, firmentur eius bona quae habemus, rogamur dicere quaenam sint haec bona. Deinde postquam ea enarraverimus manifestaque fecerimus, quaeritur a nobis: cur bona quae ita sunt omnibus utilia, hucusque neque cognita neque revelata fuerant? Rursus, postquam excusationem de his etiam dederimus [quod non revelata fuerint], quaeritur [ut et hoc] aliud [statuamus]: quod nempe sine alicuius mediatione impossibile fuit haec ipsa bona ad nos a Deo
pervenire. | Cum deinde ostenderimus opus omnimodo esse aliquo 9
per quem ad eorum acceptionem perduceremur, quaeritur: quare revelatio facta non fuit nisi per hominem? Et cum ostenderimus multa quae postulabant hominis e nobis sumptionem, occurrit aliud: si propter haec opus necessario fuit homine, num igitur

ipse solus potuit nos redimere? Sic docemus oeconomiam necessario postulare quod etiam Deus sit in illo [homine], ut notum sit hominem simplicem non potuisse nos redimere, nec nos sine alicuius mediatione potuisse accipere a Deo bona quae nobis parata fuerant. Sed postquam apparuerit [per demonstrationem nostram] nos hodie celebrare festum eius Nativitatis ratione bonorum quae nobis per Dominum nostrum Christum data fuerunt, et manifestum fuerit quae sint ista bona, et simul excusatio admissa fuerit quam ob causam prius revelata non fuerint, et apparuerit quod ad eorum revelationem opus fuit alicuius mediatione, qui nihil aliud fuit nisi homo, non fuit autem homo simplex sed talis in quo fuit Deus potens ad omnia ea quae pro redemptione nostra in dispensatione sua patravit, [cum haec omnia demonstrata fuerint], tunc quaeritur: quam ob causam Deus non sumpsit hunc hominem e terra quemadmodum primum hominem? Vel si necesse fuit
10 quod | ex muliere nasceretur, cur ex virgine sine virili semine natus sit? Postquam huius causa ostensa fuerit, hoc [demonstrandum] relinquitur: quare Deus ordinavit ut in tempore verno conciperetur? Et quid ex hoc intelligimus quod in hoc tempore natus fuit? Itaque post haec, finem totius disputationis faciemus addendo brevem exhortationem aptam ad confirmationem ac emendationem auditorum.

CAPUT TERTIUM.

Investigatio causae ob quam hoc festum Nativitatis sanctae celebramus.

Apertum est, hoc quippe festum quod hodie celebramus quodque Ecclesia sancta ubique magna cum laetitia celebrat, esse festum Nativitatis Christi, Domini nostri. Ecce enim hoc simul praedicatur ab ore omnium rationalium, hominum scilicet et mulierum, et a pueris usque ad senes. Quaeritur autem: numquid igitur propter novitatem speciei nativitatis eius, quae sine concubitu fuit, hodie congregamur et hoc festum celebramus, admirando potestatem quae potuit eum ex Maria Virgine formare sine semine
11 virili? Notum est, rem magnam esse atque | praestantem, quod virgo gignat sine viri concubitu. Attamen quantamvis exhibeat virtutis praestantiam. hoc solum sufficiens non fuit ut, sine aliis

mox dicendis, causa fieret huius festi in omni regione. Videmus enim alia praestantia quae patrata fuerunt apud homines tempore eorum generationis; et quia speciem eorum formationis alia non secuta sunt, merito non celebramus festum eorum nativitatis, ut ex. gr. Adami, et Hevae, et Isaac, aliorumque huiusmodi. Et quidem unaquaeque harum altera dignior est admiratione, et potestatem divinam magis praedicat. Primo [nativitatem] Isaaci consideremus, quam magna fuerit: quod scilicet e muliere sterili vetulaque filius natus sit. Utrumque quidem de seipso satis fuisset ad impediendam naturam ne daret fructum; quanto magis quando ambae simul adfuerunt, senectus atque sterilitas. Attamen ex semine quidem hic fuit; sed quid prodest semen in sterilitate et senectute? Quemadmodum quippe miraculum est magnum, si aliquod seminum genus seminet quis super saxum, vel demittat in fornacem ignis, vel suspendat in aqua vel in aëre, et ex uno illorum fructum inveniat; pariter etiamsi quis in senectute et sterilitate decies millies semen effundat, miraculum magnum est
si | nascatur filius ubi una tantum harum adsit, nedum in prae- 12
senti casu: nam ambae inveniebantur apud Saram. Apud Beatam Mariam unum defuit ordini naturae: receptio scilicet seminis; duplex vero adfuit impedimentum apud Saram, ut dixi, senectus et sterilitas. Magis credibile est quod terra non seminata producat, quam quod dent fructum grana tritici quae in fornacem ignis cadunt, etiamsi difficilia et facilia aeque possibilia sint apud Deum. Nos quidem, eo quod vim limitatam possidemus, non aeque utimur speciebus luti et aeris; Deo autem nulla res altera est difficilior, quoniam in virtute non est limitatus, et nutus eius solus sufficit ad omnia. Et, si admirabilis est nativitas Isaaci admirabilior tamen est nativitas Hevae. Illic enim non fuit venter, nec vulva, nec semen, sed costa e latere, et ipsa insuper maris, ex qua facta est mulier, non crescens moderate et sensim continuo temporis successu, sed in ictu oculi subito exsurgens, perfectamque exhibens staturam. Sed ea etiam mirabilior est res, [generatio nempe] Adami: Eva enim viva fuit de vivo et sensitiva de sensitivo; Adam vero vivus et rationalis et sensitivus,
[factus est] | de terra quae de nullo horum participat. Si igitur 13
haec sunt stupenda, et aliud altero mirabilius, [nec tamen ea festo celebrantur], num propter solam rei novitatem celebrat ubique Ecclesia festum quale hodiernum? Sed apertum est quod non celebramus hoc festum attendentes ad haec externa. Ipsi

enim Magi, dum gratia divina quocumque modo excitati ascenderunt ad eum adorandum, non obtulerunt ei munera quae hanc [novitatem rei] significabant, sed aurum, et myrrham, et thus. Thus: ad manifestandum quod hic qui natus est templum sit Dei, in quo futurum erat quod Divinitas incorporaliter adoraretur ab omnibus rationalibus, ut in templo insolubili. Aurum: ad ostendendum quod iam hominibus conveniat consilia eius atque praecepta accipere, eique obedire cum omni vi sua. Myrrha: ad significandum quod per mortem suam vincat mortem, et acquirat regnum nullo modo commovendum. Apertum est quod divina revelatione obtulerunt haec quae ei obtulerunt.

Item Angelus, cum revelatus est pastoribus eisque nuntiavit, non praedicabat eis Dominum nostrum ex virgine natum. Quid
14 enim dicebat | eis? « Annuntio vobis quidem gaudium magnum quod erit universo mundo » ([1]). Et cur dicit: « Hodie quidem natus est vobis Salvator, qui est Dominus Christus, in civitate David? » ([2]) Facit mentionem civitatis David, ut ostendat quod in eo qui hodie natus est, impletae sunt Dei promissiones ad patres; et quod in eo benedicentur omnes populi, iuxta promissa ad Abraham: « In semine tuo benedicentur omnes populi » ([3]); [ut ostendat etiam] quod in eo nititur et exitum habet illud promissum ad David: « De fructu ventris tui sedere faciam super thronum tuum » ([4]); et, « regni eius non erit finis » ([5]); et, « dabit illi Dominus Deus thronum Davidis patris eius, et regni eius non erit finis ».

Eum vero nominavit Dominum, quia est Dominus omnium creaturarum propter suam coniunctionem cum Deo Verbo. « Dominum quidem et Christum fecit eum Deus, hunc Iesum quem vos crucifixistis » ([6]). Christus est: quia huic operi separatus fuit atque electus. Ipse est verus Christus: quippe quod oleo legali uncti fuerint omnes principes, ipse vero a Spiritu Sancto. « Propter hoc quidem unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis » ([7]). Salvator est: quia per eum mox redimendi sumus

([1]) Luc. II, 10.
([2]) Luc. II, 11.
([3]) Gen. XXVI, 4.
([4]) Psalm. CXXXI, 11.
([5]) Luc. I, 32-33.
([6]) Act. II, 36.
([7]) Psalm. XLIV, 8.

a peccato, et a morte, et a corruptione, et a servitute Satanae;
quod itaque gaudium est universo mundo gentium, quae dignae
fiunt cognatione divina; et populo israelitico, quia implentur | 15
promissiones ad suos patres; quia omnes aequaliter liberantur
ab omnibus huius mundi afflictionibus. Apertum est angelos
etiam nobiscum in laetitia participare, eo quod etiam illi valde
laetantur in nostra ad virtutem commutatione.

Nec ecclesia sancta singulis annis commemorationem facit Ioannis Baptistae quia natus fuit ex senectute et sterilitate, sed propter opera quae per eum effecta sunt, et propter eius perfectam atque sublimem vitam, et eius mortem quae fuit pro cultu Dei; ut dum haec eius omnia in mentem revocamus, solliciti simus ea imitari in quantum possibile est, ut digni fiamus cum eo pervenire ad delectationem bonorum coelestium. Hoc vero facimus celebrando memoriam omnium patrum sanctorum atque illorum qui martyres fuerunt pro Christo, singulorum in suo ordine.

Nos igitur propter hanc ipsammet rationem quam praevie
dixi, dum celebramus hoc festum gloriosum et honorandum Na-
tivitatis Christi Domini nostri, non attendimus externe solum
ad hanc novam speciem eius generationis, quae fuit sine con-
cubitu — huius quidem causam postea dicemus — sed [id cele-
bramus] propter haec bona ineffabilia quae data sunt omnibus
creaturis per Christum, spem nostram; ita ut, colendo eorum
memoriam, et | accipiendo doctrinam quae est de eis, aptemus 16
vitam nostram ad voluntatem eorum datoris, ut digni fiamus
ascendere ad coelos, et participes fieri bonorum quae servantur
pro illis qui recte credunt, vitamque gerunt iuxta exemplar
fidei suae.

CAPUT QUARTUM.

Quaenam sint bona quae nobis data sunt per Dominum nostrum Christum.

Opus est dicere, quaenam sint haec bona quae nobis per Dominum nostrum Christum dari decreta sunt [a Deo], et ad quae veluti firmanda hodie congregamur, hoc festum celebrantes. Ea quidem discimus ab angelis sanctis, qui tempore Nativitatis Redemptoris nostri, cum gaudio magno clamabant, sic dicentes: « Gloria Deo in excelsis; et super terra pax; et spes hominibus ».

His tribus sententiis indicata sunt compendiose omnia bona quae per Dominum nostrum Christum nobis data sunt. Angeli sancti, quia respectu creationis sunt nostri socii, cum viderint nos cecidisse a sanitate cultus Dei, et captos fuisse morbo cultus idolorum, et prorsus tabuisse in servitio daemonum, et aegrotasse
17 in foeditate operum nostrorum, contristati fuerunt | ac irati; nec
nec tamen incubuerunt in vel unum eorum faciendum quae necessaria sunt atque utilia ad nostram sanationem; sed contra postulassent nostri tamquam membrorum foetidorum abscissionem nostrique dimissionem a communione cum eis, nisi Dominus omnium bonus, Deus, propter spem emendationis nostrae et nostrae ad se conversionis, eos sibi subiecisset, sicut scriptum est: « Vanitati quidem creatura subiecta est, non sua sponte, sed propter eum qui subiecit eam in spe » (1). Vanum ac inutilem reputabant suum pro nobis laborem quamdiu non eramus in cultu Dei creatoris atque benefactoris nostri; [attamen] propter spem rerum venturarum sustinebant quocumque modo in suo pro nobis ministerio, cum in eis Deus spem nostrae ad virtutem commutationis confirmasset, ex clamore sanguinis Abel, et ex translatione Henoch, et ex ascensione Eliae, et eo quod [Deus] nullo tempore neque per generationes generationum desistebat ea dispensare quae opem ferrent redemptioni nostrae atque reversioni nostrae ad veritatem. Recte igitur eis tanquam membris sanis creationis, perseverantibus in sanitate amoris sui Domini, in peccatores indignantibus, meliorumque spem expectantibus, revelata sunt a Deo bona quae per Christum Dominum nostrum universae creationi dari decreta sunt. Gaudio itaque magno clamabant dicentes: « Gloria | Deo in excelsis; et pax super terram;
18 mabant dicentes: « Gloria | Deo in excelsis; et pax super terram;
et spes hominibus ». Inique quidem oppressa fuit hucusque laus Deo ab hominibus debita. Idola muta adorabantur; Satanas colebatur; gaudebant genii mali; laetabantur daemones; impudici erant homines atque fraudatores; in sua inclinatione ad turpia, impulsu diaboli omnia mala facile patrabant. Nunc vero per hunc qui iuxta promissiones divinas ex semine David natus est, revertitur ad Deum laus ei ab omnibus debita; ipse cognoscitur ut omnium essentialiter altissimus maximeque supremus, factor omnium atque benefactor; congregantur homines e dispersione

(1) Rom. VIII.

cultus idolorum et unanimiter revertuntur a servitio malorum
geniorum; confunduntur daemones; cadit diabolus; surgunt homi-
nes; placent suo Creatori per scientiam veritatis et per vitam
honestam, et omnia praevia turpia deponunt. Propter haec omnia,
super terram est pax, quia scilicet homines revertuntur ab adora-
tione operis manuum suarum, adorant supreme Deum, nostri ipso-
rumque Factorem, se gerendo iuxta voluntatem eius; et tran-
quillitas et pax, et reconciliatio regnant in terra. Iratus enim
erat | Creator in creaturas, et minabatur omnibus hominibus 19
poenas iuxta mensuram eorum facinorum; nunc vero per eum qui
natus est, habet erga eos reconciliationem adaequatam. Nos quo-
que, angeli, irati eramus contra eos, nos utpote servi zelotae
sui Domini, suique benefactoris ministri atque famuli; [nunc
vero] quemadmodum ii student magis placere universi mundi
Factori, ita nos incendimus nostrum erga eos amorem, auge-
musque nostram de eis curam, etiamque amplificamus sollicitu-
dinem nostram de eorum utilitate, et eos habemus ut membra
sana, eosque diligimus ut socios nostros caros. Sed et omnes
populi qui divisi erant contra se invicem, — ille adorabat solem,
et hic lunam, et alius sidera, et alius aliquid aliud, cum eorum
contra se invicem inimicitia esset varia iuxta diversas species
istorum quae ab eis di vocabantur —, nunc omnes possident
concordiam et amorem cultus Dei; et unacum populo israeli-
tico, qui omnes ab eo (Deo) etiam repudiati fuerant a participa-
tione cum eius sanctis beatisque omnibus, per amorem et concor-
diam, tanquam membra dispersa ad unum corpus cultus Dei
congregantur, omni praevia discordia dissipata. Ipse vero homo
habet erga seipsum pacem infinitam. Eo enim quod corpus eius est
mortale, et anima eius immortalis, quanto mortalia | immortalibus 20
contraria sunt, tanto operatio corporis opponitur animae; ipsa
vero, eo quod est elevata et discernens et immortalis et accipit
scientiam Dei et doctrinam eius praeceptorum, ad opus virtutis
inclinat. Corpus autem quia non est rationale nec discernens, sed
est mortale, ad visibilia attrahitur et eorum amore tenetur. Homo
itaque habuit in seipsum colluctationem incessantem, quam solvit
Dominus noster Christus, corpus immortale faciens, et eradicans
ab eo omnem attractionem ad res fluxas; ac simul ipse ei ani-
maeque firmitatem largitur; ita ut sine angustiis possit facere
voluntatem Dei, eique placere sine impedimento. Iam hae omnes
divitiae pacis regnant, quod homines ad Creatorem suum rever-

tuntur, et eum solum tanquam causam omnium bonorum glorificant atque exaltant, anxie curando placere ei per vitam honestam: pax Creatoris est cum creaturis suis, et nostri, angelorum, cum hominibus, et omnium populorum cum se invicem et cum populo israelitico, et ipsius hominis cum seipso.

Post haec omnia non est expectandum aliquid aliud nisi spes bonorum coelestium, spes quidem bona hominibus. Firma igitur confidentia, et magna spes bona extirpationis peccati et liberationis a daemonibus et a diabolo, et solutionis [a lege] mortis, et abrogationis [decreti] corruptibilitatis, et resurrectionis a mortuis, et doni immortalitatis, et participationis incorrupti-
21 bilitatis, | et gratiae adoptionis filiorum, et ascensionis ad coelos, et communionis cum omnibus sanctis Dei, datae sunt nobis; quae quidem [sunt] inter haec bona coelestia non transeuntia nec deficientia in aeternum. Bona igitur quae nobis data sunt per Dominum nostrum Christum, O frater noster venerabilis, ad quae firmanda hodie hoc festum celebramus, haec sunt, iuxta interpretationem illorum verborum quae ab eis (angelis) dicta sunt. Quid vero melius fuit omnibus populis atque praestantius quam cognoscere Deum Creatorem suum et causam omnium bonorum suorum? Nihil tale dari cognoscitur. Bona enim omnia huius mundi, etiamsi coniunctim inveniantur, ubi non est Dei cultus, sunt tamen [omnia] aequaliter inutilia; ubi vero adest cultus Dei qui in confessione [fidei] et in operibus ostenditur, quanquam aliquo modo afflictio per breve tempus inveniatur, omnia tamen laetifica et grata coniunctim advenient, maxime post egressum nostrum ex hoc mundo.

Quemadmodum enim quando quis vult ire ad aulam regiam, et cum incipit ambulare, errat a via et exit in desertum non habitatum, vel etiamsi viaticum, quantumcumque, portet, hoc tamen deficiet et consumetur, indeque relinquetur ei mori, cum non attigerit locum ad quem ire pollicitus erat: talis est ille qui errat a
22 via recta et a cultu Dei veri, | omneque etiam vitae suae viaticum, quamvis (multum) ei praesto sit, peribit, et regnum Dei non attinget, sed poena incessanti a Deo punietur. Etiamsi contingat quod ei sint opera quae videntur bona, similis tamen est fodienti puteum in terra, nec tamen quantumvis alte effodiat, invenit arteriam aquae. Nullum enim potestatem habent idola suis adoratoribus benefacere. Sed, [aliquis dicet] in nomine dei facit haec opera sua pulchra! [utique, respondemus,] constat autem neminem

esse deum eo solo quod se deum dicit. Quodnam vero ex hoc lucrum? Nullum dari cognoscitur. Si enim quis onustus fuerit debito quod regno debet ex quocumque opere; et dum pergit ut id sponte sua solvat, viderit homines otiosos qui solent nonnullis locis quemdam ex seipsis in dignitate regis constituere ut ludant coram eo; et deceptus, perrexerit et iecerit coram illis pecuniam regno debitam: nonne postea mandante rege vero, apprehendetur et ligabitur, siquidem ei in acceptum non fuerit quidquid dederit illi qui nomine tantum, non reapse, fuit rex. Simili modo etiam ille qui ferens adorationes et omnia quae Deo vero debentur, iacit [illa] coram iis qui non sunt dii, sed nomine non proprio suadentibus daemonibus appellati sunt, nullum istorum ei reputabitur in acceptum quando intrabit ad iudicium Dei omnium
factoris, qui solus est Deus, cui soli | debetur adoratio ab omni- 23
bus creaturis. Quicumque igitur non possidet scientiam divinam amittet omnia sua laetifica, etiamsi ad tempus ea apud illum inveniantur; et hoc modo omnis eius labor erit sine lucro; et eius opera quae pulchra aestimabantur, invenientur ei sine remuneratione; et sic incidet in aeternam poenam quae manebat omnes gentes ante adventum Christi. Apertum est autem quod quamvis populus israeliticus Dei cognatione fruebatur, etiam ipsis evenit bonum magnum in adventu Christi Domini nostri. Elevati enim sunt ex puerili regimine; digni ipsi quoque habiti sunt scientia perfecta Trinitatis Sanctae, Patris et Filii et Spiritus Sancti, qui in unitate agnoscuntur. Non enim dissentiebant ab illo qui animam et solem idem appellat, ignorans quod sicut hic habet calorem et fulgorem, illa habet mentem et rationem. Si nobis est gaudium magnum quando infantem ablactamus eumque ad cibum perfectum (firmum) admovemus, quanto magis exultatione dignum est Israelitas cum omnibus gentibus ad scientiam perfectam Sanctae Trinitatis pervenisse? In moribus insuper impu-
dicis et in possessione terrestrium omnes aeque ita versabantur | ut 24
Deum quidem non cognoscerent, neque ab eo bona expectarent; quemadmodum infantulus attrahitur ubere tempore ablactationis, ita illi terrena appetebant. Dominus autem noster in Evangelio suo infixit rerum futurarum expectationem; tum vero spreverunt atque contemptui habuerunt res huius saeculi; quod quidem bonum est maximum, quando cultum Dei comitatur. Etenim homo rationalis qui correptus est amore harum divitiarum caducarum, similis est linguae et oculo in quibus quoddam amu-

letum [1] suspenderetur ad eorum ornatum; quod cum non eis esset ornamentum, impedit insuper, singulorum [oculorum et linguae] propriam operationem utilem totiusque operationem corporis. Similis quoque est puero cui iucundior est ficus parum ei utilis quam gemmae, quia earum pretiositatem non cognoscit. Hominibus igitur nihil bonum et utile est sicut illud: quod Deum cognoscant scientia perfecta, quod de praeceptis eius tantum solliciti sint, quodque superent attractionem ad visibilia. Ita enim, eveniet illis quod Deus etiam in illis delectabitur, et quod angeli de eis solliciti erunt; possidebunt amorem erga se invicem, et digni fient felicitate non transeunte quae erit in mundo novo et indestructibili.
25 Si vero dantur homines qui hucusque non crediderunt in Christum | aut qui crediderunt et non observant eius praecepta, non ex eius (sc. Christi) parte hoc fit; ex eius enim parte lux scientiae eius diffusa est ad omnes homines, et omnibus coena eius bonorum est parata. Illos itaque qui non credunt, vel qui credunt et non faciunt, accusat eodem modo ac illum qui stat infra solem et claudit oculos ne videat, et illum qui invitatus ad coenam proprios pedes impedit ne ambulet.

CAPUT QUINTUM.

Quam ob rem haec ipsa bona hucusque revelata non fuerint.

Nunc vero pergamus tractare illud quaesitum; quam ob causam hucusque non contigerit adventus Christi qui visus est adeo utilis fuisse omnibus rationalibus. Num igitur fuit, quia Deus hucusque hunc (adventum) non sciebat? Vel, si scientiam eius habuit, quia non habuit postestatem eum perficiendi? Vel si utramque habuit, scientiam dico et potestatem, num, tanquam malus, nobis bona invidit, quapropter eum hucusque distulit?
26 Nam vel | per ignorantiam, vel per impotentiam, vel per malitiam quis impeditur a faciendo bonum, quando ipse est causa dilationis. Deum autem novisse ab initio se suscitaturum Dominum nostrum Christum, apertum est ex hoc quod de adventu eius,

---

[1] Ad litter. quid sanctum. Intelligitur de monilibus, inauribus, annulis naribus appensis, quae omnia primo in signum religionis ferebantur, postea vero ad ornamentum, praesertim mulierum.

deque bonis quae nobis per eum data sunt, antea prophetavit in promissis suis ad patres, et per prophetas in populo israelitico. Quemadmodum enim non possumus opinari quod [Deus] nunc ignorat se nos ex mortuis suscitaturum, ex eo quod nos iam resurgere non fecit; similiter neque possumus opinari eum ignorasse se manifestaturum Dominum nostrum Christum, ex eo quod ab initio hoc reapse non fecerat. Etiamsi vero id reapse non perfecit, de eo tamen praedixit, et typi eius representati sunt apud antiquos. Ascendamus autem, si placet, ad initium creationis, et consideremus quod si, non ad futura respiciens, illam (creationem) ad existentiam perduxisset, non creasset duos coelos ad duos mundos regendos necessarios. Quod autem non sit potens, quomodo possibile est cogitari? Nos enim renovari postquam existentes fuimus, non est tam difficile ac nos in existentiam educere quando prorsus non existebamus, cum non fuit aliquid ex quo et nos conderet et nobis daret subsistentiam. Quod bonus sit
(Deus) cognoscitur. | Si enim iam ab antiquo malus fuisset, 27
nunquam se ad bonitatem convertisset, eo quod Deus omnia sua propria in immutabilitate possidet. Nonne quidem bonum est illud ineffabile, quod cum nos non possemus sponte nostra venire ad existentiam, ipse non solum dedit nobis existentiam, sicut lapidibus et lignis, sed etiam elevavit nos super muta animalia, fecitque nos discernentes atque rationales, et large dedit nobis potestatem in omnia visibilia? Si ergo ab initio fuit bonus et sciens et potens, nihil quidem aliud eum impediebat ne ad effectum adduceret omnia nostra bona, nisi debilitas nostra propria, quae non potuit omnia ea coniunctim accipere sine [praevia] disciplina; quam rem cum viderit sapientia divina, ea ratione quae nobis utilis erat, nos bonitas eius ineffabilis gubernabat. Si enim cuivis nostri sit filius aut discipulus quem vult docere unamquamvis artem quam ipse callet, nonne eum ducit a parvis ad maiora? Si velit, verbi gratia, eum ad clericatum instruere, primo docet eum Aleph, Beth [i. e. literas separatas], deinde a b c d [i. e. literas coniunctas]; deinde [ei proponit] vocabula ut discat syllabatim enunciare; et post haec, psalmos, ut discat etiam per eos legere; cumque id perfecerit, (docet eum) scribere exemplar (S. Script.), usque dum discat textum (sacrorum) bibliorum. Ita-
que post haec omnia, volumina interpretationis ei tradit legenda | 28
ut attingat sensum librorum divinorum. Si cogat discipulum sensum sententiarum exponere antequam didicerit legere, apertum

est quod cum discipulus nihil lucri accipiat, magister videbitur
mente captus esse; quia cum fundamentum non subiecerit, con-
tendit tectum imponere. Si igitur nos mortales ac infirmi sic res
nostras ordinate administrare scimus, agentes cum filiis atque
discipulis nostris non secundum vim scientiae nostrae, sed mode-
rantes nostram apud eos doctrinam ut eam recipere possint,
quanto magis decebat Dominum omnium sapientissimum atque
optimum in sua administratione, omnia ad utilitatem nostram,
et secundum vires nostras temperare, non agendo secundum prae-
scientiam suam nec secundum suam potestatem, sed secundum
nostram propriam infirmitatem. Itaque contemplemur illam sapien-
tiam ineffabilem, quomodo ab initio gradatim promovit nostram
naturam ad scientiam perfectam, tanquam pater misericors et
magister qui [ad intellectum discipuli] descendit. Illas itaque
primas generationes quae fuerunt ab Adam usque ad Noe, in
primo gradu dispensationis constituit gratia, ad instar primae
classis puerorum, pro quibus scriptum est Aleph, Beth, admini-
strans omnia illa quae apta erant ad eos terrendos eosque simul
29 adhortandos | ut recedant a malis et ad facienda bona accedant.
Quemadmodum nos interdum illos [pueros] valde perturbamus,
ut per ea omnia eos ad id quod decet educamus, cum ab ipsis
occasionem accipimus eos modo sic modo aliter tractandi: sic
etiam Deus, noster Creator, qui semper misericordiam paternam
manifestavit erga genus nostrum in benignitate sua immensa,
interdum poenam inflixit in peccatores, sicut ab initio in Ada-
mum et Hevam, et in Cain qui occidit fratrem suum; ita ut
cum haec fama ad posteros traderetur, terrerentur ipsi quominus
accederent ad patranda scelera; sicuti quidem discimus a Lamech
qui cum involuntarie virum occidisset, captus fuit timore magno,
seipsum deflens, et adstantibus suis uxoribus lugebat utpote qui
illam multiplicem poenam Cain a Deo accepturus erat, eo quod
occidisset postquam cognovisset quam malo iudicio traditus fuerat
occisor [Cain]. Interdum quoque Deus post mortem iusti Abel
faciebat sanguinem eius clamare de terra ut ostenderet quantam
curam habet de eis qui timent eum, cum post eorum etiam
mortem, exaudiat eorum vocem, et exigat ultionem de eorum
afflictoribus, ut per hoc incitet omnem hominem ut operam det
ad amanda et curanda eius praecepta; sicuti videmus Henoch
30 fecisse, qui sic iustificatus est ut etiam | dignus factus sit disce-
dere ab hominibus et habitare inter vivos hodie usque. Item

quum corruptio paulatim profecisset in natura coram ipso (¹), [Deus] venire fecit aquas diluvii super antiquos propter eorum impudicitiam atque nequitiam, eorumque opera mala. Servavit autem Noe et illos qui cum eo erant, et dedit eis leges quas non edocti fuerant illi qui ante eos vixerant: quod nempe comederent quidquid [vivens] aeque ac olera, postquam effuderint eius sanguinem, qui animalibus mutis locum tenet animae; quemadmodum et nos, postquam puer didicerit Aleph, Beth, scribimus literas coniunctas et vocabula, ut discat syllabatim enunciare. Iterum post haud modicum temporis, elegit Abraham patriarcham; et dedit ei legem circumcisionis, et promissiones claras de eius posteris, aliquid quidem praestantius illo quod dederat Noachidis. Postquam posteri eius multa mala experti fuerant in terra Aegypti, illinc eduxit eos per varia gesta mirabilia eisque dedit varias leges scriptas; quemadmodum et nos quum filii et discipuli nostri iam didicerint syllabatim enunciare, scribimus psalmos ut etiam discant eos legere; et deinde codicem ipsum tradimus eis scribendum. Postquam natura nostra sic pervenerat ad staturam perfectam, ut quis dicat, et exercitationem in illis primis disciplinis absolverat, tunc produxit adventum Christum, qui doceret scientiae perfectionem, et daret spem et expectationem bonorum futurorum; quemadmodum quis, post illas disciplinas
| quas exposuimus, tradit filio suo libros interpretationis, ut legat, 31
et intelligat sensum atque significationem illius quod praevie [pronuntiare et scribere] didicerat. Non autem destitit facere erga omnes generationes ea ipsa quae fecerat erga antiquos, infligendo poenam in scelestos et peccatores; et familiares faciendo celebres atque nobiles, et rectam administrationem agendo, ob illam rationem quam praevie diximus. Quemadmodum, verbi gratia, si quis habeat decem discipulos in primo gradu instructionis [i. e.] Aleph, Beth, constitutos; et unus ex eis destiterit a studio et exierit ludere in sterquiliniis; et alius inceperit comedere et bibere, de sua lectione non sollicitus; alius recubuerit et dormierit; alii vero collocuti fuerint sermone vano iocorum inanium, quod discere praecipiuntur minime curantes; reliqui vero didicerint quemadmodum decet, nihil antiquius habentes quam

(¹) Sic saltem quoad sensum generalem, ut mihi videtur; locus, procul dubio, est mendosus in syriaco; fortasse ita corrigendus: ܡܢ ܒܬܪ ܕܦܬܘܪܐ (φθορά) ܕܐܬܬܘܣܦ ܩܠܝܠ ܩܠܝܠ ܒܟܝܢܐ ܩܕܡܘܗܝ.

ut suae intendant instructioni iuxta voluntatem sui magistri;
quando [priores] recitare rogabuntur, punientur, non quia non
didicerunt legere et intelligere sensum librorum, sed quia non
recitarunt Aleph, Beth, ut ita dicam, perinde ac sui [studio-
siores] condiscipuli. Sic etiam Deus, Dominus omnium, quando
veniet iudicare, atque perscrutari opera hominum non quaeret
ab Adamitis quare non circumcisi fuerunt, nec a Noachidis
quare sabbatum non servaverunt; sed, ut dicam breviter, unum-
quamque generationem examinabit relate ad illa sua propria,
32 cuique homini retribuens | iuxta sua opera secundum tempus in
quo existebat, et secundum leges quae a Deo in diebus suis
datae fuerunt. Quemadmodum autem [constat quod] Deus non
quaeret ab antiquis ea quae recentiorum sunt, quia [tunc tem-
poris] non aderant; ita [etiam constat quod nec] naturae con-
veniebat manere in primo gradu [dispensationis] sine progres-
sione; sicut et neque puerum iuvat Aleph Beth tantum usque
ad senectutem studere. Illis igitur antiquis non nocuit quod
adventus Christi non prius fuerit, quum eo quod non requiretur
ab eis ratio vitae quam [instituit] Christus. Nos vero immensum
iuvit, quia nos ab errore ad Deum convertit, et nos perfecit in
scientia completa, et promisit nobis bona futura, quemadmodum
supra iam dixi. Videtur quod admodum sapienter hoc tempore
factus fuit [adventus] quia si praevie fuerat manifestatus [Chri-
stus], non potuissent antiqui illum accipere; quemadmodum
etiam ille qui nunc coepit in disciplina enunciationis syllabarum,
non habet scientiam sufficientem ad intelligendum sensum libro-
rum interpretationis. Si vero quis dicat Deum potuisse omnes
illas scientias in nobis iam ab initio infigere sine graduali exer-
citatione, hic errat, quia, dum vult se liberare a labore, sese
abiicit in ordinem irrationalium, quibus omnia quae possident,
sine exercitatione, naturaliter sunt: sicut apibus opus melis, et
turturibus pudicitia. Nullum quidem ex his generibus dignum
33 esse dicimus nec | laude nec convicio, nec bona remuneratione
nec poena; quod etiam apud nos sic contigisset, si sine exerci-
tatione iam (ab ipsa) creatione nostra accepissemus vitam illam
non indigentem; quapropter opus fuit nos prius proclives esse;
necesse fuit ut ille qui exercendo didicit, a parvis ad maiora
duceretur. Sed ecce [dicet aliquis] ille creavit nos proclives [ad
malum], et propter hanc causam peccavimus; cur igitur iudicat
nos peccantes? Quis judicatur eo quod proclivis est? Absit, ne

ullus quidem! Nam proclivitas et peccatum non sunt idem. Procli-
vitatem illud vocamus, quando quis unum facere eligit cum potest
inclinari ad duo aequaliter; peccatum vero reputamus, quod cum
quis iudicat in sua intelligentia aut discit ex praeceptis Dei, vel
etiam cum potest iudicare et scire, quod aliquid non est faciendum,
negligit tamen calcatque suam intelligentiam, et contemnit prae-
cepta divina, et propter suum lucrum temporaneum vel propter
suam malam adversus socium voluntatem, vel propter quam-
cumque [aliam] causam, facit quod ipse quidem intellexit vel
intelligere potuit non esse faciendum, quodque facere prae
cepto divino prohibetur. Neminem iudicabit Deus eo quod ad
illicitum inclinetur, sed eo quod, cum potuisset | se cohibere a 34
faciendo quod non erat faciendum illud tamen patraverit, quod
vero erat faciendum propter quamcumque causam non fecerit.
Si vero, [inquiet quis] nos non creasset proclives non quidem
peccavissemus! sed [respondemus] et non iustificati fuissemus;
quemadmodum enim si ita te creasset ut Deo placere non posses,
non esset tibi peccatum; simili modo si ita te condidisset ut
peccare non posses, nulla esset tibi iustitia. Nunc vero quia
potes respicere aequaliter ad utrumque quotiescumque velis, est
tibi tum peccatum tum iustitia: Peccatum: quia cum potuisses
Deo placere, sicut et reliqui homines qui per singulas generationes
ei placuerunt eiusque fecerunt voluntatem, tu sectatus es cupi-
dines tuas, cum quod iustum est tibi curae non fuerit. Item
iustitia: quia cum potuisses bona lucrari, aequitatem et cultum
Dei prae omnibus rebus aestimasti. Ergo propter hoc reprehen-
deris et poenam accipies; propter illud vero laudaberis et dignus
bonorum delectatione habeberis. Si vero proclivia nominamus ani-
malia muta, vel creaturas sensibus non praeditas, metaphorice
illa ita nominamus, loco dicendi | ea mutabilis esse naturae. De 35
rationalibus vero proclivitas praedicatur eo modo quo supra lo-
cutus sum. Si itaque quis dicat Deum potuisse ambo apud nos ope-
rari: (scil.) nos iam ab initio facere non proclives, et in nobis
infigere scientiam discernendi omnia quae licent, sine experientia
in aliis, hic certe non scit quid dicit, neque cognoscit quid
postulat. Quidquid enim fingere possumus existere, invenimus in
uno ex his modis existere, et extra hos modos nihil aliter exi-
stit, nec existere potest. Existit Deus nostri omnium factor; exi-
stunt rationales qui omnes in duos ordines dividuntur, visibilium
et invisibilium; existunt animalia omnia muta; et existunt crea-

turae non viventes sensibusque non praeditae. Sed Deo non datur
simile, nec dabitur. Quomodo enim potest ens creatus esse similis
creatori? cum nec existentiam sibi ipsi dare potuerat; et quomodo
potest ens creatus sine initio esse? cum, ecce, quodam tempore
exstitit; et antequam existeret, non existebat. Vel quomodo illius
natura non est limitata cuius existentiae tempus limitatur?
Oportet enim quod nec tempus aliquod, nec quamcumque aliam
extensionem fingere possimus ante existentiam illius cuius natura
36 nihilo coarctatur. Dei autem solius sunt haec omnia, quod |
omnes creaturas, quando non existebant existere fecerit, cum ipse
existit essentialiter et ab aeterno ante omnia saecula et tempora
quae in mentem veniant, quodque eius natura sit incircumscripta
et infinita. Item, ut ex his omnibus concludi potest, impossibile
est illud intelligere, quod, nempe [ens creatus] aliquid sciat
quin ab alio acceperit vel experientia didicerit et quod sit sicuti
est omni tempore et quocumque momento quod in mentem venire
potest quin experietur ullam mutationem qualicumque modo.
Etenim [etiam] haec sunt Dei proprietates quas nulla creatura
assequi potest. Ubi enim una harum invenitur, ipsa cohaerentia
necessarie postulat ut omnes inveniantur. Itaque magna audacia
est, et ad impudentiam Satanae pertinet id quod quis dicat:
pulchrum esset si non proclives et mutabiles essemus, et ab
initio omnes scientias distincte possedissemus. Hic scit quod ad
gradum (Dei) surgere petit; et hoc meretur poenam quantam
potest quis dicere; et, ut breviter dicamus, ille qui sic loquitur,
meretur in nihilum reverti. Si itaque impossibile fuit nos in
tali gradu constitui, numquid igitur postularemus fieri sicut lapides
37 | et ligna, et quatuor elementa atque similia, quae ad peccatum
non inclinantur? Sed si de hoc interroges quemcumque rationalem,
invenies [eum et alios] omnes pariter id recusantes; nullus vult fieri
vel etiam sicut sol, qui seipsum non cognoscit etsi bene splendeat.
Etenim ex eo quod, si velimus, multis modis ignem de eo accendamus, apertum est quod solis natura sit ignis; apertum est etiam
ignem ex lapidibus exire; manifestum vero est quod quid in medio
lapidum absconditum, non est vivum nec sensibus praeditum, neque
tale [esse] desiderat ullus rationalium. Et si non hoc, num rogamus fieri sicut animalia muta, quibus peccatum non imputatur, nec
iustitia, qualescumque sui sint mores? Gallum enim non reprehendimus quantumvis calcet; nec turturem laudamus quod non coeat
nisi cum una; nec asinam dicimus poena dignam quod toties

foetum concipiat; nec beatam dicimus mulam quae prorsus nec copulatur nec concipit. Sic non dicimus reliquas etiam animalium mutorum species habere peccatum nec justitiam in suis operibus.
| Invenimus autem omnes rationales hoc posterius quemadmodum 38
et prius recusare. Haec autem omnia ideo creata sunt, tum ut praebeant nobis scientiam et multos usus, tum etiam ut per ea discamus quali beatitudine dignos nos fecit Creator omnium qui nos non creavit sicut unum ex illis; et ut gratias agamus pro eius amore paterno erga genus nostrum. Quid exinde? Si impossibile est nos fieri sicut Deus, et si non eligimus nobis fieri sicut genera belluarum aut sicut una creaturarum sensibus non praeditarum, quid superest nobis, nisi ut gratias Deo agamus verbo et factis, in quantum possumus, quod sic nos honoravit atque exaltavit prae omnibus visibilibus, et nos etiam adduxit atque nos fecit participare de suis in quantum decorum fuit? Si vero quis dicat: cur nos non creavit ad similitudinem angelorum? Ecce illi etiam proclives sunt sicut et nos; omnes enim daemones, et diabolus, ex illis profecto ordinibus sunt [et tamen peccaverunt]. Nostrae autem instructioni profuit hoc, quod ex tota creatione, visibilium atque invisibilium, compositi simus nos homines; ut discamus per nosmetipsos, et angeli pariter per nos, quod
unus est Deus, factor omnium creaturarum | visibilium atque invi- 39
sibilium. Nisi enim ita factum esset, videretur nobis tot esse factores, quot species naturarum. Nunc vero cum omnes varias species creationis congregavit Factor sapiens in uno animali, homine rationali, aperte cognoscitur quod etsi variae sint naturae, et multiformes creaturae, unus tamen est eorum factor, ille qui ea omnia congregavit et strinxit in uno homine qui ex his omnibus componitur. Sed ecce [quis dicet] quia proclives sumus, peccant multi; et propter hanc causam tradentur in gehennam ad poenam incessantem. Quid proficit quod fuerint rationales atque intelligentia praediti, cum sint indigni bonis coelestibus? Ille qui sic loquitur debet hoc considerare, quod illi qui peccaverunt, potuerunt non peccare, ad instar illorum reliquorum qui Deo placuerunt, cum sint eiusdem naturae ac ipsi. Propterea quod quidem voluntarie contemptui habuerunt atque despexerunt praecepta divina, iuste felicitate coelesti privantur. Verumtamen valde altius est atque praestantius, esse aliquem in gehenna, quam non esse rationalem et discernentem. Si non creditur verbum meum, videamus ex factis, et interrogemus caecum qui nec videt

40 nec | delectatur in splendida luce solis sensibilis. Videamus quid sibi eligat: manere sicut est, vel fieri asinus cui sunt oculi magni, et optime videre. Sed [inquies] caecus est, et suum vitium non est valde malum. [Esto;] quis, autem, in hoc mundo magis humiliatus est quam leprosus? Si tamen eum interroges, invenies eum petentem in doloribus suis manere, potiusquam transformari in camelum, verbi gratia, vel in aliquid aliud simile. Simili modo illi qui in Gehennam eunt in poenasque cadunt diversas, propter sua exosa opera, indesinenter gratia agunt benignitati sui benefactoris quod eos in nihilum non converterit, prout promeriti sunt, nec fecerit eos ad instar animalium mutorum, nec ad instar creaturarum sensibus non praeditarum. Quod privati sint ascendere ad coelum et iustis misceri, hanc rem imputant suis operibus, conscii nullam habere excusationem; ita ut de hoc incessanter laudant iustitiam divinam. Relate vero ad id quod supra dixi: (scil.) quod ubi est scientia omnis rei sine aliqua experientia, et stabilitas in iisdem sine quacumque ullo modo mutatione, omnia haec necessarie Dei sint, forsan putabit quis hoc esse falsum, eo quidem quod credimus omnes rationales accepturos esse scientiam perfectam post resurrectionem ex mortuis,
41 et immutabiles aeterne permansuros esse. Quanto distat | hoc ab illo, apertum est eis qui intelligenter audiunt. Dixi enim scientiam omnis rei sine aliqua experientia, et in iisdem stabilitatem quocumque tempore quod in mentem veniat, apud nos nunquam inveniri; sed, ecce iampridem in hoc mundo experientiam in multis habuimus, et mutationibus haud modicis mutati sumus. In hoc itaque non sumus [sicut] Deus. O frater noster venerande, quantumvis insufficientem quis dicat hunc tractatum, si tamen diligenter illum consideret, scire poterit quod ea quae ad hoc caput pertinent, omnia quamtumvis breviter, dixi.

CAPUT SEXTUM.

Opus fuit sumere aliquem mediatorem per quem acciperemus a Deo illa bona magna.

Ostendamus exinde quod impossibile fuit accipere illa bona eaque possidere sine alicuius mediatione. Quemadmodum enim si ab initio revelata fuissent, nullum horum lucrifecissemus, cum
42 non potuissemus ea cognoscere | propter nostram pueritiam atque

has quas diximus causas; simili modo, si hoc tempore Deus, omnium Dominus, in sapientia sua non usus fuisset alicuius mediatione, eorum possessio nobis non advenisset. Si enim Deus visibilis fuisset, ad nostram institutionem satis fuisset eum vidisse. Nunc vero quia non est visibilis, impossibile est nos de eo discere sine alicuius mediatione. Quamvis dicitur a prophetis quod viderunt Dominum, planum tamen est quod non videbant eius naturam. « Veritas enim et gratia (1) per Iesum Christum fuit » (2), dicit Ioannes. Cur ' veritas et gratia ' dixit? Quia Deum nemo vidit unquam. « Illum qui habitat lucem splendidam quem nullus hominum vidit, neque videre potest » (3). Quibus nos docet Sanctus Paulus quod antiqui nunquam viderunt Deum, nec novissimi eum vident, nec homines scilicet, nec virtutes invisibiles. Omne quod est visibile, vel ex parte videtur vel ex toto. Terram ex parte vidimus, et coelum et mare; et cum partem tantum utriuscumque vidimus, eo quod non sufficit visio nostra comprehendere quatuor regiones, dicimus: videmus coelum et terram et mare. Ex toto autem videmus omnes res parvas, ut, verbi gratia, lapides et
arbores et [alia] similia, | propter eorum parvitatem. Atqui impos- 43
sibile est nos Deum ex parte videre, ad modum terrae et coeli, quia non est compositus, et ex partibus non constituitur. Nec rursus cadit infra visionem ad modum rerum parvarum; quia ille est infinitus simulque incircumscriptus. Et si peteremus eum videre sicuti est, interitum nostrum tantum cupiremus. Quis est enim qui dimittat paulum cerae in fornacem ignis et eam iterum inveniet? Vel quis est qui proiiciet pugillum pulveris in mare magnum, et poterit scire quid de illo factum sit? Et si in rebus istis, quamvis omnes sint creatae, sunt quae sese invicem devorant ac destruunt, si proximae fiant, vel si una in alteram decidat, multo magis nos consumeremur, [et citius, quidem,] quam liquescit cera in igne, vel evanescit pugillus pulveris in aquis multis, si vel incideret visio nostra in Deum, omnium factorem, qui est infinitus in sua Deitate et ineffabilis in sua gloria. Sicut enim propter latitudinem suam et extensionem inexplorabilis est abyssus maris magni, nec quis potest eum transire absque auxilio navis aut cymbae [sic nec ullus homo] . . . .

(1) Syriacus habet, mendose ut mihi videtur, « veritas enim gratiae ».
(2) Ioann., I, 17.
(3) I. Tim., VI, 16.

44 sine auxilio alicuius per quem ad | invisibilis notitiam dirigatur. Si enim, quamvis anima sit creata et limitata, quia eam non videmus, non possumus cognoscere suam voluntatem, imo nec suam existentiam, quamdiu non operatur per aliquod e membris corporis, quanto minus potuissemus accipere doctrinam vel discere voluntatem illius qui est factor omnium et incomprehensibilis, sine eius revelatione per unam creaturarum facta. Recte igitur Deus qui vult nostra bona, iuxta abundantes gratiae suae divitias, non fecit suam ad nos revelationem sine alicuius mediatione, sed sumpsit e nobis hominem perfectum pro sua ad nos revelatione, et docuit nos per eum scientiam perfectam de sua natura deque sua voluntate, et nobis promisit bona coelestia non transeuntia.

CAPUT SEPTIMUM.

Propter quas causas Dominus noster Deus nihil aliud pro sua revelatione hoc tempore sumpserit, nisi hominem ex nobis.

Has igitur causas dicamus ob quas hoc tempore opus fuerit homine ex nobis ad revelationem divinam. Quaeritur enim, quare Deus nobis per hominem perfectum de genere nostro sumptum, et
45 non quemadmodum | patribus antiquis, per ignem, vel per nubem, vel per aliquam e creationis partibus, suam fecerit revelationem? Dicimus ergo: nobis per aliquam harum partium hoc tempore non fecit Deus suam revelationem, propter hanc ipsam causam quod iam per eas patribus nostris revelatus fuerat. Quemadmodum enim ab initio Deus totam creationem per singulas partes condidit; et tunc postremo cum nihil deerat, illam in uno collegit homine, post quem nihil novum creavit: simili modo etiam nunc, postquam per partes cognitus factus fuisset nostris patribus in primis generationibus, collegit, novissimis temporibus, omnes partes omnium suarum revelationum in hoc homine quem ex nobis sumpsit; post quem in nullo alio revelabitur, quippe quod in eo consummata sunt omnia priora; et ipse permanebit in aeternum indissolubiliter. Quando enim redemptionem partialem facere volebat, et doctrinam pueris aptam docere petiebat, et necessitati temporariae volebat opitulari, per partem quamdam creationis tironibus revelationem suam rite complebat. Nunc vero quia redemptionem

perfectam quae prodesset universae creationi, proferre voluit, et
doctrinam omnino perfectam docere placuit ei, recte vinculum
totius creationis sumpsit hominem corpore et anima perfectum, et
in quo omnes creaturae visibiles et invisibiles continentur. Iterum
propterea quod Adam homo primus, pater omnium hominum, ab
initio suae formationis auscultavit diabolum | et transgressus est 46
mandatum divinum, et a Deo mortis iudicio damnatus est, quod
scilicet ut debitum quoddam sese extendit et transmissum fuit
in omnes eius posteros; proptereaque quod isti magis conforta-
runt super seipsos iudicium mortis per inventiones diversas ido-
lolatriarum et peccatorum multiplicium, despiciendo amorem erga
proximos, et contemptui habendo honorem in parentes, et negli-
gendo etiam observantias legis Moysis: (propter haec omnia)
opus fuit oriri hominem eiusdem participem naturae, eorum fra-
trem, ex progenie Adami primi hominis; qui omnino iustus atque
absque macula in omnibus suis moribus, auferret a nobis mortis
iudicium, et solveret ac aboleret peccatum, et eriperet nos a
servitute Satanae atque daemonum, et liberaret nos a maledicto
legis Moysis, et promitteret nobis vitam immortalem in resur-
rectione ex mortuis. « Quemadmodum quidem per hominem [fuit]
mors, ita etiam per hominem est reviviscentia mortuorum. Et
sicut per Adam omnes homines moriuntur, ita etiam per Christum
omnes vivificantur » (1). Et « Quemadmodum propter inobedien-
tiam unius hominis peccatores multi fuerunt, ita etiam propter
obedientiam unius hominis multi iusti fiunt » (2). Quemadmodum
enim quando quis aliquo debito oneratur, si non potest illud sol-
vere, eius bona ab eo auferuntur, etiamque | liberi eius servituti 47
traduntur; si vero oriatur quis de eius progenie, qui ratione suae
prosperitatis, debita sui patris solvere potest, recipiet eius bona,
et liberabit omnes suos fratres ab oppressione debiti atque servi-
tutis: sic etiam postquam Adam debitor factus fuerat auscultando
diabolum, et traditus fuerat morti, ipse eiusque proles tota
post eum, sumpsit Deus hominem Iesum, Adamum secundum, de
genere nostro, et per suam gratiam fecit eum immaculatum;
fecitque eum mori, — etiamsi debitor non fuit quia non peccavit, —
ut per eius innocentiam solvatur debitum nostrum; et nos vivamus
per eius mortem qui peccato non erat subiectus, [nos, inquam] qui

(1) I Corinth. XV, 21, 22.
(2) Rom. V, 19.

scilicet, propter peccatum iudicium mortis acceperamus. Si enim
Deus crucifixus atque mortuus fuisset, ut dicunt haeretici, hoc
nobis nullius utilitatis fuisset; sed deos suos socios redemisset.
— Si enim Deus mortalis sit, apertum est multos etiam esse deos
ei similes. — Deus autem verus de nulla passionum creaturarum
participat. Si vero quis dicat, praestantissimae esse misericordiae,
ipsum mori ut nos redimamur, sicuti si quis debitor sit et alius
[debitum] solvat pro illis qui servituti traditi sunt, et liberet
48 eos, ecce hoc fecit homo | Domini nostri, quia cum ipse solus iustus
fuerit atque immaculatus, promisit vitam immortalem omnibus
hominibus suae naturae participibus. Facile vero fuisset Deo, si
ei utile visum fuisset, etiam sine accipiendo hominem ex nobis,
nutu suo solo omnibus nobis vitam immortalem afferre. Hoc vero
non fecit, ne existimaretur nefariorum amator, eo quod dum in
peccatis eramus redemisset nos sine mediatione hominis ex nobis
qui iustus esset. Nunc vero eo quod [hominem] ex nobis sumpsit,
et tum demum nos a morte et a peccato liberavit, manifestavit
suam iustitiam; et terruit nos quominus patraremus nefaria et mala
morti tradens illum qui debitor non fuit, et sic nos redimens.
Insuper eo quod satis habuit unum tantum pro toto genere nostro
[mori], manifestavit suam misericordiam ineffabilem; cum enim
unumquemque nostrum sine macula esse oporteret, et tum demum
vitam aeternam possidere, hanc per unum tantum, qui iustus fuit,
promisit nobis ne debilitaret aut omnino praecluderet spem com-
mutationis nostrae ad virtutem. Hae tamen rationes afferuntur
secundum modos oeconomiae divinae. Apertum est enim quod ab
initio placuit Deo prius naturam nostram patientem et mortalem
facere; et tum denique post disciplinam et exercitationem ratio-
nalitatis nostrae in hoc mundo, participes nos efficere vitae immor-
talis et immutabilis. Ut ex omnibus rebus nostris utilitatem
49 nobis concederet, ostendit mortem | quae in Adami natura inde ab
eius creatione imposita fuit, cum nos scilicet per peccatum devicit,
ut omnes timeamus et terreamur quominus transgrediamur prae-
cepta Dei. Si tantam iniuriam faciebat inobedientia, ut hominis
compositionem dissolveret, et separaret eius animam ab eius cor-
pore; vitam quidem illam immortalem quam sibi ante consti-
tutionem mundi nobis tempore opportuno largiri proposuerat, per
hominem Iesum Christum protulit, quemadmodum dixit Paulus
Apostolus: « Unus est mediator Dei et hominum » (1); ut nos

(1) I Tim. II, 5.

omnes incitaret simul atque adhortaretur amare et sollicitos esse
de iustitia quae talem habet vim, ut cum in uno tantum invenitur,
multos sine numero vivificat. Haec igitur fuit voluntas divina
ante omnia saecula; schema quidem suae oeconomiae nobis pro-
fuit in multis quemadmodum dixi; quod si quis consideret et si
discat sensum bibliorum, iustas dicet illas rationes quas nunc
enarravimus; opus profecto fuit accipere prae omnibus hominem
Domini nostri. Quia hoc tempore quo natura nostra, ut dixi,
pervenit ad staturam perfectam, ut quis dicat, opus fuit nobis
recipere doctrinam perfectam de Deo qui cognoscitur in tribus
personis Patris et Filii et Spiritus Sancti, paribus in natura, sine
initio et sine | fine; quod quidem per quamdam partem creationis 50
rationalibus revelari non potuit. Hoc apertum est ex eo quod
quotiescumque in his similibus Deus illis antiquis revelabatur,
non sciverunt discere illam divinitatis naturam gloriosam quae
in tribus personis cognoscitur, et superat omnem compositionem
et omnem finem atque limitationem localem. Nonnulli quidem
putabant eius habitaculum esse in paradiso; alii vero opinabantur
coelorum tantum finibus concludi eius habitationem; et aliqui
cogitabant intra limites Ierusalem coarctari oeconomiam [eius]
operationis, cum nesciebant distinctionem personarum divinitatis.
Nos vero per hominem (sumptum) ex nobis nunc didicimus quod
Spiritus est Deus, et quod aequaliter habitat in omni loco qui
in mentem veniat, et aeque potest operari (1); universus mundus
ab eo sustentatur, et est in eo sicut granulum arenae in manu
unius nostrum, et quantum dici non potest. Et [didicimus] quia
tripliciter in personis existit esse illud ineffabile. Ex eo enim
quod nominatus est Christus, novimus Patrem qui unxit eum, et
Spiritum Sanctum qui loco olei eum replevit, Iesum scilicet de
Nazareth, hunc « quem unxit Deus Spiritu Sancto | et virtute » (2); 51
et iterum: « Spiritus Domini super me, propterea me unxit » (3),
ipse Dominus noster dixit de seipso. Iterum ex eo quod nomi-
natus est Filius, intelligimus de Filio aeterno qui est cum Patre

---

(1) Sic, ut mihi videtur, si vox ܡܫܟܚ expungatur, et legatur ܐܝܟܐ pro ܐܝܟ. Aliter legendo ܡܫܟܚ. « quod Deus spiritus est et quod est in omni loco, quia in quocumque loco quod quis fingere potest est aequaliter et quoque versus etc. » Sed neutrum esse genuinum valde suspicor. Videant alii.

(2) Act. X, 38.

(3) Luc. IV, 18.

suo; quemadmodum ab hoc pane qui corpus Christi appellatus est, efferimur ad illud corpus quod est in coelo. Impossibile fuit quod Filii nomine appellaretur una ex his creationis partibus, per quas antiquis revelatus fuit, sicut ignis, et nubes, lapidesque, et ligna templi, et arca, et lamina aurea. Hominem vero Domini nostri Filium Dei vocatum fuisse, non videbatur res nova; nam multi ita nominati sunt, sicut illud: « Filios genui et exaltavi » (1); et « Ego dixi: dii estis, et filii Excelsi omnes » (2). Et quando appropinquabant ad eum et videbant eius opera quae superabant naturam, et audiebant verba eius dicentis: « Ego et Pater meus unum sumus » (3); et, « Qui videt me videt et Patrem » (4), cognoverunt quod in eo absconditus erat Filius aeternus qui est ex Patre, qui per eum haec faciebat. Ei quidem congruunt verba his similia. Quemadmodum enim si manu annuas, et capite innuas, vel oculo nictes, anima, quae in corpore celatur et non videtur, ex parte tantum sese revelat, item si quis eat, vel ve-
52 niat, vel surgat, vel sedeat, vel aliud | huiusmodi [faciat]; omnia vero sua desideria et cogitationum suarum notiones per linguam solam docet atque manifestat; simili modo cum per unam harum partium Deus invisibilis antiquis revelabatur, scientiam partialem eos docebat iuxta necessitatem quam exigebat eorum pueritia. Nunc vero cum perfectum ex nobis hominem acceperit, omnia sua desideria nos per eum docuit, et nobis perfecte naturam suam manifestavit, in quantum possibile est; sicut anima quae omnes suas notiones per linguam revelat atque clare manifestat. Itaque etiam propter hoc necessaria fuit sumptio hominis ex nobis. Porro quia resurrectio ex mortuis promissa fuerat, et facta fuerat promissio ascensionis ad coelos [nec tamen exemplis illustratae fuerant], non certi fuissemus quod harum vel una compleretur apud nos, nisi hominem de nobis, eiusdem nostrae naturae, nobis similem vidissemus mori, resurgere, et ipsum prius ad coelos ascendere. Cum vero prius cuidam nobis simili [haec] evenerunt, credidimus iam non esse difficile ea etiam apud nos patrari, eo quod sumus eiusdem naturae cum illo qui reapse iam accepit haec ipsa, resurrectionem ex mortuis dico, et ascensionem iusto-

(1) Is. I, 2.
(2) Psal. LXXXI, 6.
(3) Ioh. X, 30.
(4) Ioh. XIV, 9.

rum ad coelos. Iterum quia per eum Deus omnes homines iudi-
caturus est, sicut Apostolus dicit: « Quando iudicabit Deus occulta
hominum secundum Evangelium meum | per Iesum Christum » [1]; 53
iusti iucunditates bonorum et scelesti poenam quam recipient,
magis sentient quando a visibili sicut sunt ipsi est, accipient
retributionem omnium suorum operum. Denique post resurrectio-
nem a mortuis et ascensionem iustorum ad coelos, non aedifica-
bunt aedificia de lapidibus excisis et lignis et cedris et gemmis,
ut in eis Deum sicuti in hoc mundo adorent; sed eis ipse erit
pro templo in quo incessanter adorabunt Trinitatem sanctam,
ostendentes suum erga Deum amorem, atque in eo tanquam in
templo rationali offerentes adorationem Deo ab eis debitam, et
gloriam, et gratiarum actionem; et in eo possidebunt consolatio-
nem et tranquillitatem; et eorum mens quae Deum cupit videre,
[erit] veluti in portu quieto, cum eum utpote illum videbunt,
et efferentur ab eo ad illum invisibilem, sicut ab imagine ad
suum prototypum; nam ille est imago Dei invisibilis. Quando enim
a nobis discedit aliquis nobis dilectus, si nos in suam imaginem
intuimur magno cum delectu, quanto magis iusti consolabuntur
atque gaudebunt, et flamma amoris mentis suae quae ardenter
cupit videre Deum, suum creatorem causamque omnium suorum
bonorum, fidem certam accipiet in hac imagine rationali quae
vestitur gloria | divina, et omnibus altior est, atque potestatem 54
habet in omnes creaturas, siquidem in eo quodam modo videbunt
illum qui eis est invisibilis, et per eum cognoscent illum qui sua
essentia est absconditus, et certam de illo fidem accipient! O
frater noster praeclare, assumptionem hominis ex nobis postu-
labant hae omnes causae: congregatio et perfectio omnium prio-
rum, et redemptio omnium creaturarum visibilium et invisi-
bilium, cessatio omnium molestiarum quae per Adam hominem
primum apparuerunt regnantes super naturam nostram, condem-
natio Satanae * * * * * * * * * * *
accipiens stipendium operum suorum, et ut per eum ostendant
iusti suum erga Deum amorem; et per eum accipiant certam
fidem invisibilitatis sui Creatoris atque Benefactoris.

---

(1) Rom. II, 16.

CAPUT OCTAVUM.

Dominus noster Christus non fuit homo simplex (*Ψιλὸς ἄνθρωπος*).

Solvemus exinde dubitationem multorum qui a nobis audientes quod narravimus proprietates humanitatis Domini nostri, cau-
55 sasque propter quas sumpta fuerit, nobis occurrunt dicentes: | homo igitur merus fuit, et ipse solus potuit nos redimere, iuxta verbum vestrum? Quod quidem iniuste et ignoranter dicunt; si enim diligenter ad ea quae dicta sunt attendissent, intellexissent illud quod diximus: quod in eo Deus Verbum revelatur, cum suo Patre et Spiritu Sancto; et in eo tanquam in templo rationali incessanter adoratur; iterum in eo tanquam in imagine omnibus suis iustis se videndum praebet: quae non sinunt Dominum nostrum reputari merum hominem. Haec quidem, cum dicuntur, sola sufficiunt ostendere magnitudinem eius, et discrimen eum inter et omnes creaturas. Imo, dicemus alias causas quae ostendunt Deum inesse illi homini qui ex nobis sumptus fuit. Supra diximus, necessitatem postulare [Dominum nostrum] declarari perfecte iustus, et in omnibus sine macula: in cogitationibus, et verbis, et operibus * * * * * * * * * * * * * * * * * * * et praebebat illi auxilium iuxta praestantiam eius voluntatis. Iustificatus quidem fuit per Spiritum. Et quia adimplevit legem Mosaicam, necesse fuit huius cursum aboleri utpote quid iam pridem expletum. Propterea opus etiam fuit Deum ei inesse quia quidem ad ipsum solum
56 pertinebat legem abolere, utpote qui illam dederit | ab initio. Praeterea postquam desierat lex a suo cursu, et institutio Testamenti novi sumpserat exordium, necesse fuit illos accipere Sancti Spiritus gratiam adoptionis in filios, qui, per fidem in eum, domestici Dei facti fuerant. Quapropter etiam dicimus Deum in eo inhabitare, quia ipse solus potest gratiam Spiritus dare. Sed et impossibile erat illum hominem Domini nostri a mortuis resurgere et ascendere ad coelos, nisi in eo fuit Deus. Solutionem enim mortis Ipse solus potuit perficere. Denique, sed nec possibile fuit nos accipere vitam novam, nec iustos ad altitudines sublimes elevari, si homo simplex fuisset Dominus noster Christus. Propter haec omnia igitur, necesse fuit Deum inesse in illo homine qui ex semine David sumptus fuit, sicut et propter priora quae diximus. * * * * *.

CAPUT NONUM.

Quam ob rem homo Domini nostri non fuerit sumptus ex terra, sed ex virgine sine coitu viri.

Postquam visum fuit quod hodie congregamur propter bona
quo nobis per Christum Dominum nostrum data sunt; cognitum
etiam quaenam sint illa bona; et manifestatum est, | in sapien- 57
tia magna ad nostram utilitatem illud administratum fuisse,
quod antea revelatio facta non fuerit; visumque est quod etiam
opus fuit alicuius mediatione cuius ope haec bona ad nos per-
venirent, quodque [ille mediator] nihil aliud nisi homo [debuit
esse]: non quidem homo simplex sed [homo] in quo esset Deus
omnium Dominus atque omnipotens: — dicemus exinde quam
ob rem ex terra non sumpserit Deus hominem Domini nostri
quemadmodum Adamum primum; et quam ob rem natus fuerit
ex muliere sine coitu viri. Quando hoc ostenderimus, veniemus
ad illud: quare ordinavit Deus ut conceptio eius tempore verno
fieret? Et quid intelligimus ex hoc: quod hoc tempore natus
fuerit? Adiiciemus illae [disputationi] brevem exhortationem quam
ut finem dabimus totius disputationis, quemadmodum ab initio
diximus. — Ab initio usque nostrae creationis, irritatores fuimus
atque praeceptorum divinorum transgressores, et contemptores ele-
ctionis vis nostrae discretivae, propter nostrum in socios nostrum
odium. Breviter, per omnes generationes ita apparuimus Dei
adversarii verbis nostris atque operibus, ita ut etsi ad nihilum
conversi fuissemus hoc merito nobis accidisset * * * *
* paucis exceptis qui per singulas generationes inventi sunt
[iusti] inter nos, tanquam margaritae in arena. Sed [si] as-
sumpsisset Deus hominem Domini nostri ex terra [sicut] primum
Adamum, desperatione | omnes capti fuissemus et opinati fuisse- 58
mus Deum genus nostrum repudiasse propter nostra delicta, nec
ullam nobis superesse spem; itaque Deo, cuius misericordia
immensa atque benignitas paterna erga nostrum genus ab initio
fuerunt, placuit sumere eum non ex terra sed ex ipsa natura
nostra, ut doceret nos, vitam immortalem et non proclivem et
incorruptibilem quam assumpsit Dominus noster in sua a mortuis
resurrectione, toti generi nostro transmissam esse, omnesque nos
simul illius participes esse, quia ille eiusdem ac nos naturae
est, et a nobis non alienus. Quemadmodum enim quia nos

eiusdem naturae sumus ac Adamus primus, molestiae quascumque ipse primus acceperit, transmissae atque extensae sunt ad nos omnes: ita quia Dominus noster eiusdem ac nos est naturae, et ipse initiator bonorum futurorum sicuti Adam molestiarum instantium, credimus atque speramus omnes nos participes futuros esse vitae immortalis et non proclivis cum Domino nostro Christo, quemadmodum cum Adamo primo participes fuimus huius [vitae] quae plena est omnibus doloribus. Quemadmodum quidem per Adam omnes mortui sumus, ita per Christum omnes vivemus. * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * *
sicut primus Adam, aut ex quacumque alia parte quam quis excogitare potest. Apertum est enim quod, etsi absque coitu formatus est atque natus ex Maria Virgine, participat tamen totam naturam virorum atque mulierum, et pars utrorumque in eo fuit,
59 siquidem | Beata Maria ad instar omnium mulierum ex viro et ex
femina facta est; si vero ipsa quae eum genuit ex ambobus ordinibus virorum atque mulierum constituta fuit, necesse est in eo inesse partem utrorumque, utpote natus ex ea quae ex ambobus constituta fuit. Ipse itaque filius Davidis et Abraham vocatur a Scripturis, siquidem ex eorum semine generata fuit Beata Maria, de qua ipse natus est. Itaque bona quae per eum [venerunt], omnibus hominibus tradita sunt, viris simul et mulieribus, quia ut dixi, naturaliter ad omnes pertinent. Quod vero de Spiritu Sancto sine coitu viri formatus sit, [hoc fuit] ut cognoscatur eum esse incoeptorem oeconomiae novae, et saeculi futuri, ad instar Adam qui formatus fuit ex terra, sine coitu, et fuit caput et pater huius mundi. Ille qui futurus erat caput atque incoeptor in oeconomia [vitae] mortalis, de terra non viva recte factus est; hic autem qui fuit incoeptor et monstrator huius mundi *
* * * * * * * * * vitae immortalis ex terra viva, Maria Virgine, sumptus fuit sine coitu viri. Ipsa novitas quod formatio eius sine semine fuerit, sufficiens est praedicare quod ille sit incoeptor oeconomiae novae quae dat resurrectionem mortuorum, quae fit per vim Spiritus, qui non caruit vi formandi ex virgine, sine semine, supra ordinem naturae.

CAPUT DECIMUM. 60

Quam ob causam ordinaverit Deus ut tempore verno conciperetur.

Quod vero ordinaverit Deus ut tempore verno conciperetur,
[hoc fuit] quia hoc etiam tempore fecerat Deus totam creatio-
nem: identitas enim temporis docebat, eumdem esse qui creavit
ab initio et qui nunc renovat per hunc qui conceptus est et
exinde, hoc tempore nasciturus est iuxta ordinem naturae quem,
constituit Deus inde ab initio. Quod ex convenientia et simili-
tudine operum [divinorum] dicimus. Quemadmodum, enim, hoc
tempore dies, tempus lucis, deficit et imminuitur usque ad horas
novem, nox vero, imperium tenebrarum, longior fit et pervenit
ad quindecim horas; et deinde incipit dies, regnum lucis, (horas)
sumere a nocte, imperio tenebrarum; iterum (quemadmodum)
nulli fructus, cerealium vel arborum sunt hodie inter nos, — ce-
realia enim [vix] incipiunt crescere, et omnium arborum deci-
dunt ipsa folia —, simili modo ambo videntur apud homines
* * * * * * * * * * * adventus Do-
mini nostri, Christi; lux enim scientiae veritatis hoc dissipat
| ab animabus nostris. Tenebrae erroris adorationis idolorum cogi- 61
tationes nostras tenebant, cum spoliati atque nudati eramus etiam
omnibus fructibus operum iustitiae. Venit autem Dominus noster
et Redemptor noster, Christus, et cum vidit nos in mente nostra
errare, tum expulit a nobis tenebras adorationis idolorum, et
nos duxit ad scientiam perfectam Trinitatis Sanctae, Patris et
Filii, et Spiritus sancti; dedit nobis etiam gratiam Spiritus, per
quam possemus crescere atque facere fructus iustitiae Deo Crea-
tori acceptabiles. Sed et ethnici, adoratores elementorum, festum
magnum hodie ubique quotannis celebrant, hac scilicet de causa,
quia incipit sol vincere, regnumque eius magis se extendere. Sed
oportebat eos considerare quod, si omnino gaudio festoque sit
dignum quod dies inceperit sumere a nocte, eadem ratione iisdem
festis dignum esset illud quod deinde incipiet nox, regnum
tenebrarum, sumere a die, imperio solis. Quemadmodum enim
cum nox prolongatur, nisi | iterum minueretur, periret hominum 62
ratio vitae; similiter et dies quando incipit longior fieri, nisi
iterum minueretur, non esset huic mundo conservatio, quia sine

aestate et hieme, calore et frigore, non potest subsistere ratio nostra vitae hic, quia * * * * * * * * * impossibile est sine ascensu atque descensu solis, elongatione et imminutione noctis et diei, illa existere [tempora]. Utilitas igitur quae est nobis quando superat sol, eadem prorsus est nobis quando deficit. Oporteret igitur Ethnicos errantes festum celebrare vel in utraque mutatione vel in neutra; quia lucrum aequale ex ambobus provenit, hoc est a Deo qui ea ita ordinavit.

CAPUT UNDECIMUM.

Exhortatio ad vitam honestam.

Illi ergo festum celebrabant, sicut dixi, solis scilicet qui incipit hoc tempore superare imperium tenebrarum, et iterum deficiet. Ecclesia vero sancta celebrat festum nativitatis Christi, solis justitiae, qui incepit superare errorem et Satanam, et nun-
63 quam deficiet; | cuius, e contra, imperium se extendit usquedum omnes rationales visibiles atque invisibiles imperio eius subiugati sint. Ei quidem omne genu flectetur coelestium, terrestrium, et eorum qui sunt subter terram (1). Quemadmodum, [igitur] festa nostra maiora sunt atque potentiora quam illa paganorum omniumque religionum, — scientia enim vera apud nos solos invenitur, — ita nostros mores, qui in cultu Dei fundantur, oportet honestiores et puriores esse quam reliquorum hominum, dum solliciti simus amborum aequaliter: lectionis bibliorum eorumque interpretationis, necnon doctrinae de festis eorumque causis; [sed] et vitae excellentis Christo Domino nostro acceptabilis. Curam habeamus de sociis nostris et fratribus nostris magis quam de nobismetipsis, si omnino discipuli simus Apostolorum qui sui Domini imitatores fuerunt. Ecce enim illi omnes de nostra utilitate solliciti fuerunt, etiamque laborabant die noctuque, in aestate et in hieme, in mari et in terra, omnibus viis et modis, ut nos omnes ad cognationem Domini nostri Christi adduceremur, et ut inveniremus bona quae in coelo parantur iis qui recte credunt atque recte vivunt. Omnibus malis obnixi sunt, et morti se tradiderunt pro nobis,

(1) Philipp. II, 10.

quia vita nostra in Christo eis carior fuit quam ipsorum vita in hoc mundo. | Quid dico, in hoc mundo? Cum unus eorum elegit 64
se alienari a bonis futuris pro fratribus suis omnibus, ut illi participes bonorum Christi fierent; dicit enim: „ Orabam ut ego ipse anathema essem a Christo pro fratribus meis et cognatis meis secundum carnem, qui sunt filii Israel " (1). Si igitur beatus Paulus, damnum sui ipsius et fere perditionem pro utilitate communi petiit in oratione, quomodo non nos pudet et erubescimus, et in timorem magnum atque tremorem non incidimus, nosmetipsos illorum discipulos vocare, cum eorum vitam eorumque perfectas voluntates non imitemur. Similes igitur in omni re fiamus Apostolis, doctoribus, in quantum possibile est, ut cum eis participes simus bonorum coelestium. Quantumvis enim meditemur in eorum doctrinam et confiteamur eorum fidem, si eorum mores non habeamus, non perveniemus ad locum quo ipsi vadunt; sed fiemus sicut caeci super quos se extendunt radii solis, nec tamen delectantur in eorum fulgore, quia eis desunt organa ad eorum actionem recipiendam. Revera enim manifestatio fidei rectae et confirmatio disciplinae perfectae vita est honesta, sine * * * * * * * * * * nec doctrina nostra credibilis fiet iis qui extra ecclesiam sunt, nec nos, qui intus sumus, videbimur hanc, intuitu religionis Dei, tradere. Solliciti ergo simus de moribus deque amore erga invicem: et [caveamus] ne | simus 65
causa malorum nobismetipsis, et scandalum omnibus qui nos vident; sed nosmetipsos paremus ad opera bona, ut digni fiamus illud [audire] verbum quod dicit: „ Venite benedicti Patris mei, possidete regnum quod paratum fuerat vobis a constitutione mundi " (2), cum omnibus iustis Christi; cui sit laus, et super nos misericordia eius in saecula. Amen.

Absoluta est disputatio de Nativitate, facta a Mar Thoma Doctore Edesseno. Oratio eius sit super peccatorem qui scripsit. Amen.

---

(1) Rom. IX, 3.
(2) Matth. XXV, 34.

ERRATA ET ADDENDA

Syr. text., p. 21, l. 14 ܡܬܚܚܢܝ̈ܬܐ sic ms., lege ܡܬܚܪܢܝ̈ܬܐ or rather ܡܚܪܢܝ̈ܬܐ? cf. p. 23 l. 3.

P. 13, nota *b* ܕܠܡܠܟܘܬܗܘܢ lege ܕܠܡܠܟ̈ܘܬܗܘܢ

ܢܗܘܐ ܥܠܬ ܒܝܫܘܬܐ ܣܢ ܠܡܘܡ. ܘܥܠܠܐ ܠܣܝܡ̈ܝ ܥܠܝܗܘܢ.
ܐܠܐ ܕܢܦܩܘܢ ܢܦܫ ܠܒܒ̈ܪܐ ܦܓ̈ܪܐ. ܕܢܫܬܘܐ ܠܒܪܬ ܩܠܐ
ܗ̇ܝ ܕܐܡܝܪܐ ܕܠܘܬ ܒܪ̈ܝܟܘܗܝ، ܕܐܡܪ ܘܪܬܘ ܡܠܟܘܬܐ. ܗ̇ܝ
ܕܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ܠܟܘܢ ܡܢ ܩܕܡ ܬܪܡܝܬܗ ܕܥܠܡܐ. ܒܗ
ܥܠܝܗܘܢ ܕܩ̈ܕܝܫܘܗܝ، ܕܡܫܝܚܐ ܕܠܗ ܫܘܒܚܐ ܘܥܠܝܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ،
ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

ܫܠܡܬ ܥܠܬܐ ܕܠܝܠܝܐ ܕܥܣܪܝܢ ܠܡܪܝ،
ܬܐܘܕܘܣܝܐ ܡܠܦܢܐ ܐܘܪܗܝܐ. ܬܘܕܝܬܗ ܥܠ
ܣܓܝܐܐ ܕܡܪܢ ܐܡܝܢ ܀

ܘܗܟܢܐ ܐܡܪ. ܕܗܟܢܐ ܥܠܡܐ. ܕܗܘܐ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܐܦ
ܡܢ ܦܠܓ̈ܘܬܐ ܕܚܛܝ̈ܢ ܥܡܐ ܠܗ ܠܡܬܚܪܝܘ ܥܠܘ ܐܚ̈ܘܗܝ،
ܟܠܗܘܢ. ܕܗܘܘܢ ܢܬܬܦܠܓܘܢ ܒܦܠ̈ܓܘܬܗ. ܕܡܫܝܚܐ. ܐܡܪ
ܓܝܪ. ܕܡܠܟܐ ܗܘܬ ܕܐܝܟܐ ܗܘܘ ܫܪܝܪܐ ܐܝܟ ܗܘܐ
ܡܢ ܡܫܝܚܐ: ܥܠܘ ܐܚܝ ܘܐܚ̈ܝܢ ܕܟܢܫܐ ܕܐܬܝܗܘܢ
ܒ̈ܢܝ ܡܫܝܚܐ. ܐܢ ܗܟܝܠ ܦܠܓܘܬܐ ܦܠܓܘ ܡܫܓܫܐ
ܕܡܘܗܒܬܗ ܘܐܒܗܬܐ ܒܝܪ ܡܠܟ ܥܠܘ ܡܬܪܢܐ ܕܓܒܐ
ܢܐܠ ܗܘܐ ܒܝܠܘܬܐ. ܐܡܕܝܢ ܠܐ ܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܘܡܬܗܦܟܝܢ
ܘܡܕܝܠܬܐ ܪܒܬܐ ܘܒܝܬܘܬܐ ܠܐ ܢܗܘܝܢ. ܒܕ ܬܠܡܝܕ̈ܝܗܘܢ
ܡܢܝܢ ܢܦܩ ܘܒܥܕܪ̈ܢܝܗܘܢ ܘܡܓ̈ܢܝܢܝܗܘܢ ܓܒܪ̈ܐ ܠܐ ܠܐ
ܡܟܪܝܢ. ܐܠܐ ܢܬܕܒܪܐ ܠܥܠܝ̈ܢܐ ܡܠܦ̈ܢܐ ܒܥܠܡܐ
ܐܒܕܒܐ ܕܗܓܝܐ: ܕܢܬܬܦܩ ܠܗܘܢ ܒܦܠ̈ܓܘܬܐ ܥܡܝܪ̈ܬܐ.
ܒܡܠܐ. ܓܝܪ ܐܝܢ ܢܬܦܠܓ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ ܘܒܝܬܐ
ܒܡܕܝܢܬܗܘܢ: ܒܕ ܕܘܒܪ̈ܝܗܘܢ ܠܐ ܢܗܘܘܢ ܥܡܝܩܝܢ
ܠܝ ܠܐܬܪܐ ܕܐܝܠܝܢ ܠܗ ܗܘܢ ܠܐ ܡܟܪܝܢ. ܐܠܐ
ܗܘܝܢ ܠܝ ܐܝܟ ܡܚ̈ܝܐ ܕܦܪܫܝܢ ܠܒܢ̈ܘܗܝ ܕܥܡܐ
ܥܠܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܬܟܫܦܝܢ ܒܡܦܪܢܣܘܬܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܠܝܬ
ܠܗܘܢ ܡܟܐܢ̈ܐ ܡܫܬܟܠܢܐ ܕܗܓܘܪܬܗܘܢ. ܒܝܪܐ ܓܝܪ
ܡܬܚܫܚܘܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪ̈ܝܨܬܐ ܘܡܫܪܪܬܐ ܕܗܘܠܦܢܐ
ܓܒܪ̈ܐ ܕܗܒܪ̈ܐ ܐܢܘܢ ܥܦܪ̈ܐ ܕܐܠܗܐ * * * *
ܕܐܦ ܠܐ ܗܘ ܡܠܟܝܢ ܡܬܗܡܢ ܠܒܢ̈ܐ. ܘܚܢ ܬܘܒ
ܓܒ̈ܪܐ ܠܐ ܡܫܬܒܪܝܢ ܕܒܝܫܐ ܕܕܝܠܗ ܐܠܗܐ ܡܠܦܝܢ ܠܗ
ܐܠܐ ܢܐܓܦ ܚܢ ܕܕܒܪܐ ܘܕܝܒܐ ܕܠܘܬ ܫܪ̈ܕܐ. ܘܠܐ

ܐܠܐ ܗܘ ܒܗܘܐ ܕܐܬܐ ܐܝܟ ܢܘܗܪܐ ܫܘܠܛܢܗ. ܒܕܗܘܐ
ܕܒܠܗܘܢ ܟ̈ܠܝܠܐ ܕܡܬܚܙܝܢ ܘܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ ܡܬܒܕܩܝܢ.
ܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܗ. ܠܗ ܓܝܪ ܬܒܘܥ ܟܠ ܒܘܪܟ. ܕܫܡܝ̈ܢܐ
ܘܕܐܪ̈ܥܢܝܐ ܘܕܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܘܦܘܡ ܠܝ ܕܐܡܝܟ ܡܗ
ܕܢܘܪ̈ܒܝܢ ܒܐܕ̈ܢܝ ܘܫܡܫܝܢ ܡܢ ܕܣ̈ܦܝܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܕܥ̈ܠܝܬܐ.
ܐܦ ܫܪܪܐ ܓܝܪ ܕܡܕܒܪܬܐ ܠܘܬܢ ܒܠܫܢܗ ܥܒܝܕ. ܗܟܢܐ
ܙܕܩ ܕܢܗܘܘ ܫܦܝܪܝܢ ܘܢܗܝܪܝܢ ܕܒܢ̈ܝܢ ܕܟܢܘܫܬ ܐܠܗܐ ܡܢ
ܫܪܒܐ ܕܒܢܝ̈ܫܐ. ܒܕ ܡܦܝܠܝܢ ܕܬܬܪ̈ܬܗܘܢ ܫܘܐܝܬ. ܕܦܪܝܫܐ
ܕܒܬ̈ܟܐ ܘܕܦܫܩܘܗܝ ܘܕܡܒܠܒܠܘܬܐ ܕܒܒܐܕ̈ܐ
ܘܕܬ̈ܠܬܗܘܢ ܘܕܕܘܒܪ̈ܐ ܡܫܬܪ̈ܐ ܕܡܪ̈ܒܝܢ ܠܡܫܝܚܐ ܡܪܢ.
ܘܐܒܦܐ ܠܝ ܟܠ ܣܒܪ̈ܝܢ ܘܐܣܝ̈ ܡܬܚܪ ܡܢ ܕܡܘܗܝ. ܐܢ ܟܠ
ܟܠܗ ܬܠܡ̈ܝܕܐ ܣܝܡ ܕܒܠܝ̈ܫܐ ܕܡܬܪ̈ܝܡ ܗܘܘ ܒܡܪܘܗܝ. ܗܐ
ܓܝܪ ܟܠܗܘܢ ܒܠ ܐܦ̈ ܡܬܪܝܡ ܕܠܝ ܐܬܒܠܒܠ ܠܗܘܢ.[a] ܘܐܦ
ܗ̇ ܕܒܬܠܝܡ ܗܘܘ ܒܠܠܝܐ ܘܒܐܝܡܡܐ. ܒܫܘܠܐ ܘܒܫܬܘܩܐ:
ܒܫܒܐ ܘܒܝܒܫܐ: ܒܟܠ ܦܘܪ̈ܫܝܢ ܘܒܟܠ ܐܣܟ̈ܡܝܢ. ܕܐܝܟ
ܟܠ ܢܬܦܪܒ ܠܒܝܬܘܬܗ ܕܡܪܢ ܡܫܝܚܐ. ܘܢܒܒܫ ܠܦ̈ܠܓܬܐ
ܕܡܠ̈ܟܝܢ ܒܫܘܒܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ ܬܪ̈ܝܨܐܝܬ ܘܡܬܕܒܪܝܢ
ܬܘܒܐܝܬ. ܐܣܩܘܪܘ[b] ܓܝܪ ܟܠ ܒܢ̈ܝ ܬܪ̈ܝܢ. ܟܠܗܘܢ. ܘܡܢܗܘܢ
ܢܬܪ̈ܬܗܘܢ ܠܡܗܝܡܢܐ ܣܠܝܩܝܢ. ܕܣ̈ܦܝܢ ܕܠܝ ܕܒܡܫܝܚܐ ܡܪܘ[c]
ܟܠܗܘܢ ܡܬܪ ܡܢ ܣܝܐ ܕܦܘܠܚܢܗܘܢ. ܕܒܗܘܢܐ[d] ܒܠܒܐ.

---

[a] ms. ܐܬܒܠܒܠܘ.
[b] ms. ܐܣܪܘ.
[c] ms. ܒܣܪܘ.
[d] ms. ܘܒܗܘܢܐ.

ܬܘܒ ܢܒܪ ܡܘܡܝܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܥܠܡܐ ܗܢܐ: ܕܠܐ ܡܬܠܐ ܠܒܪ ܘܫܬܘܬܐ ܘܫܘܡܝܐ ܘܩܘܪܐ: ܕܢܬܘܣܦ ܕܘܟܪܢܝ̈ ܒܢܝ̈ܐ ܕܬܢܝܢ ܠܐ ܡܫܒܚܐ. ܕܢܬܓܡܪܘܢ. * * * *

ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܣܘܬܐ ܘܡܫܬܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܥܝܘܬܐ ܘܟܪܘܬܐ ܕܠܠܝܐ ܘܕܐܝܡܡܐ ܠܐ ܡܨܝܐ ܡܕܡ ܗܘ ܗܘ ܡܬܪܥܐ ܕܐܝܬ ܠܝ ܡܢܐ ܕܐܒܪܐ ܫܡܝܐ. ܗܘ ܒܪ ܗܘ ܐܝܬ ܠܝ ܡܢܐ ܕܢܐܒ. ܘܪܘܡ ܕܐܘ ܒܬܪܗܘܢ ܫܘܦ̈ܠܐ ܢܒܒܘܢ ܒܐܕܪܐ ܢܦܩܐ ܠܒܢ̈ܝܐ: ܐܘ ܐܟܠܐ ܒܢܫ ܡܢܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܡܬܪܢܐ ܕܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܫܘܐ ܗܘ. ܗܘܢ ܕܝܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܗܒܢܐ ܠܟܘܠ ܐܢܘܢ ܀

ܪܫܐ ܕܫܒܥܣܪ

ܡܪܬܝܢܘܬܐ ܕܥܠ ܕܘܒܪܐ ܫܦܝܪܐ.

ܗܘܢ ܡܛܠ ܒܒܢܝܢ ܗܘܘ ܒܐܕܪܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ: ܠܡܫܒܐ ܒܐܡܬ ܕܡܫܪܐ ܒܪܒܢܐ ܗܢܐ ܠܡܪܒܐ ܠܐܘܫܢܗ ܕܫܘܒܐ ܘܚܕܠܦ ܬܘܒ ܫܐܒ. ܒܕܬܐ ܕܝܢ ܘܕܫܬܐ ܒܒܕܐ ܒܐܕܪܐ: ܕܠܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܫܡܫܐ ܕܕܝܘܬܐ. ܕܫܪ,[a] ܠܡܪܒܐ ܠܦܘܚܝ ܘܠܦܦܠܪܐ ܘܠܐ ܬܘܒ ܫܐܒ ܡܡܬܘܡ.

---

[a] ms. ܕܫܪ̈ܝܢ.

ܢܦ̈ܩܬܢ : ܘܫܡܫܐ ܕܦܠܚܝ ܕܗܝܟܠܬ ܦܬܟܪ̈ܐ ܐܚܝܕ ܗܘܐ
ܒܝܘܡ̈ܬܢ. ܟܕ ܓܠܝܢ ܗܘܝܢ ܘܡܬܠܝܢ ܐܦ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܦܐܪ̈ܐ ܕܟܕ̈ܒܐ ܕܙܢܝܘܬܐ. ܐܬܬܐ ܕܝܢ ܡܢܗ̇ ܘܦܪܘܩ
ܡܫܝܚܐ ܘܕܚܝܠ[a] ܒܬܪܥܝܬܢ. ܘܦܬܪ ܡܢܗ ܝܫܘܥܐ
ܕܗܝܟܠܬܐ ܕܟܒܒ ܐܝܕ̈ܝܐ ܘܫܒܩ ܠܗ̇ ܡܕܒܥܬܐ ܠܟܘܡܪܘܬܐ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܕܐܒܐ ܘܕܒܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.
ܟܕ ܢܣܒ ܠܗ ܐܦ ܦܠܚܘܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܕܟܗ̇ ܢܬܡܢܐ
ܠܡܦܪܫܘ ܘܠܡܒܥܕ ܦܐܪ̈ܐ ܕܙܢܝܘܬܐ ܕܥܦܪܝܢ ܠܐܠܗܐ
ܒܟܘܕܐ. ܐܠܐ ܚܢܦܐ ܗܠܝܢ, ܠܐܣܛܘܟܣ̈ܐ ܒܠ ܥܢܐ
ܒܥܢܐ : ܒܐܝܕܐ ܪܒܐ ܚܒܪܝܢ ܒܟܠ ܕܘܟ̈ܝܢ ܘܡܟܢܐ : ܒܠ
ܐܦ̈ ܗܕܐ ܒܐܡܬ ܕܚܙܝ[b] ܫܡܫܐ ܠܡܕܢܚܐ ܘܠܡܥܪܒ
ܫܘܠܛܢܗ ܢܘܗܪܐ ܡܢܝܪܐ. ܘܙܕܩ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܬܒܥܘ.
ܕܐܢ ܒܠ ܒܠܗ ܫܘܝܐ ܠܚܕܘܬܐ ܘܠܒܐܕܐ ܪܒܐ : ܗܕܐ
ܕܡܢ ܒܪܘ ܥܙ, ܐܝܟܢܐ ܠܡܫܒܚ ܡܢ ܠܠܝܐ : ܒܗ ܒܕܡܘܬܐ
ܠܗܘܢ ܟܕ ܠܗܘܢ ܫܘܝܐ : ܐܦ ܗ̇ܝ, ܕܒܠܠܝܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܡܢܗܪܐ
ܠܡܫܒܚ ܫܘܠܛܢܗ ܕܫܡܫܐ ܠܠܝܐ ܡܢ ܐܝܟܢܐ
ܐܘܚܕܢܗ ܕܫܡܫܐ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܡܢܐ ܕܢܘܪܗ ܠܠܝܐ ܐܢ
ܠܐ ܢܬܚܦܐ ܢܗܪ ܐܝܟ ܕܡܢܘܪܐ ܕܒܫܡ̈ܝܐ. ܒܗ
ܒܕܡܘܬܐ ܐܦ ܐܝܟܢܐ ܡܢܐ ܕܢܘܪܐ ܕܒܐܪܗ[c]: ܐܢ ܠܐ

---

[a] sic ms. (fort. ܘܕܚܝܠ . . . ܦܬܪ).
[b] ms. ܕܚܙܝܢ.
[c] ms. ܕܢܘܪܗ.

ܪܫܐ ܕܒܣܪܐ

ܕܡܛܠ ܡܢܐ ܒܪܒܢܐ ܩܕܝܫܐ ܦܪܫ ܐܠܗܐ ܕܢܬܒܠ.

ܗ̇ܝ ܕܝܢ ܕܒܪܒܢܐ ܢܩܫܝܐ ܦܪܫ ܐܠܗܐ ܕܢܬܒܠ: ܡܛܠ ܕܐܦ ܗܘ ܒܪܒܢܐ ܗܢܐ ܒܒܪܗ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܐ ܟܠܗ̇. ܘܡܫܬܘܕܗ ܒܪ ܕܒܪܒܢܐ ܡܠܦܐ ܗܘܬ. ܕܐܦ ܗ̇ܘ ܒܪ ܗ̇ܘ ܐܬܘܗܝ، ܗ̇ܘ ܕܒܪܐ ܡܢ ܒܪܝܫܝܬ: ܘܗܘܒ ܕܡܫܝܚܘܬ ܗܢܐ ܒܪ ܗܢܐ ܕܐܬܒܠ. ܘܡܛܠ ܡܬܝܠܕ ܗܘܐ ܒܪܒܢܐ ܗܢܐ ܐܝܟ ܦܓܪܐ ܕܒܢܐ ܕܗܘܐ ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܡܢܗ ܡܢ ܒܪܘܢܐ. ܕܡܢܗ̇ ܡܢ ܢܦܩܘܬܐ ܘܕܡܫܝܚܘܬܐ ܕܦܘܪ̈ܫܢܐ ܐܢ̈ܫܝܢ ܣܓܝ. ܕܐܦܒܢܐ ܕܒܪܒܢܐ ܗܢܐ ܐܦܒܢܐ ܘܒܢܗ ܕܢܘܗܪܐ ܒܪ ܢܦܫܗ ܒܕܡܐ ܠܬܫܒ ܣܓ̈ܝܢ. ܐܠܐ ܕܝܢ ܐܘܣܝܗ ܕܡܫܒܚܬܐ ܢܗܘܐ ܘܡܠܟܐ ܠܡܫܒܚܘܬܐ ܣܓ̈ܝܢ: ܘܡܫܪܐ ܡܛܠ ܐܡܒܢܐ ܫܘܠܛܢܗ ܕܢܘܗܪܐ ܠܡܫܒܚ ܡܢ ܐܠܐ ܐܘܣܝܗ ܕܡܫܒܚܬܐ. ܘܬܘܒ ܦܐܪ̈ܐ ܡܕܡ ܕܪ̈ܒܢܐ ܐܘ ܕܐܝܠ̈ܢܐ ܠܝܬ ܡܕܡܢܐ ܒܝܬܗܝܢ. ܕܪ̈ܒܐ[a] ܒܪ ܡܪܐ ܠܡܐܒܐ. ܘܐܝܠ̈ܢܐ ܟܠܗܘܢ ܬܪ̈ܝܢ ܐܦ ܦܪ̈ܨܘܦܗܘܢ. ܗ̇ܘ ܒܕܡܘܬܐ ܬܪ̈ܬܝܗܝܢ ܡܬܝܚܝܢ ܗܘ̈ܝ ܠܘܬ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܟܠܗ * * * * * * * ܕܡܐܬܝܬܗ ܕܡܪܢ ܡܫܝܚܐ ܢܘܗܪܐ ܒܪ ܕܢܒܗܬܗ ܕܢܗܪ̈ܐ ܡܛܠܗ ܗܘܐ[b] ܡܢ

[a] ms. ܐܘܒܐ.
[b] ms. ܗܕܐ.

ܦܘܩܕܢܐ ܡܪܝܡ ܒܕܡܘܬܐ ܕܥܠܡܝܢ ܢܦ̈ܫܐ. ܡܢ ܦܓܪܐ
ܗܘܬ ܘܡܢ ܐܢܬܬܐ. ܘܐܦ ܗ̇ܝ ܕܠܝܬܗ ܡܢ ܬܪܝܗܘܢ
ܬܓ̈ܡܐ ܕܦܓܪܐ ܘܕܢܦ̈ܫܐ ܡܫܡܠܝܐ ܗܘܬ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ
ܒܗ ܡܠܝܬܐ ܡܢ ܒܠܗܘܢ ܐܝܬ ܒܗ. ܒܗ̇ ܕܐܬܝܠܕ ܡܢ ܗ̇ܝ
ܕܡܢ ܬܪܝܗܘܢ ܡܫܡܠܝܐ. ܕܒܕܓܠܘܢ ܒܪܗ ܕܕܘܝܕ ܘܕܐܒܪܗܡ
ܡܬܐܡܪ ܡܢ ܟܬܒ̈ܐ. ܐܝܟ ܗ̇ܢ ܕܡܢ ܙܪܥܗܘܢ ܡܬܝܠܕܐ
ܗܘܬ ܡܪܝܡ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܫܝܚ ܐܬܝܠܕ. ܡܕܝܢ ܐܦ. ܦܓܪ̈ܬܐ
ܕܒܗ ܠܘܬ ܒܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܡܬܝܗ̈ܒܢ. ܠܘܬ ܦܓܪܐ ܐܚܝܕ
ܘܠܘܬ ܢܦ̈ܫܐ. ܡܛܠ ܕܠܟܠܗܘܢ ܡܫܡܝ ܒܟܝܢܐ ܐܝܟ ܡܢܐ
ܕܐܡܪܬ. ܗ̇ܝ ܕܝܢ ܕܡܢ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܐܬܓܒܠ ܕܠܐ
ܙܘܘܓܐ ܕܦܓܪܐ: ܕܬܬܝܕܥ. ܕܡܫܪܝܢܐ ܗܘ ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܚܕܬܐ ܘܕܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ. ܒܕܡܘܬ ܐܕܡ ܕܐܬܓܒܠ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ: ܘܗܘܐ ܪܫܐ ܘܐܒܐ ܠܥܠܡܐ
ܗܢܐ. ܗܘ̇ ܓܝܪ ܕܒܕܘܒܪܐ ܕܡܫ̈ܝܢܘܬܐ ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܠܡܗܘܐ.
ܪܫܐ ܘܡܫܪܝܢܐ: ܦܓܥܐܝܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ܠܐ ܚܬܝܬܐ
ܡܬܒܪܝܐ ܗܘܐ. ܗܢܐ ܕܝܢ ܕܗܘܐ ܡܫܪܝܢܐ ܘܡܫܘܚܢܐ
ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ * * * * * * ܚܕ̈ܬܐ ܠܐ
ܡܫܢ̈ܝܬܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܚܬܝܬܐ ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ
ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܕܦܓܪܐ. ܗ̇ܝ ܓܝܪ ܚܕܬܘܬܐ ܕܓܒܝܠܘܬܗ
ܕܠܐ ܙܪܥܐ ܗܘܬ: ܦܦܘܐ ܗܘܬ ܠܡܒܪܝܘ ܕܡܫܪܝܢܐ
ܕܡܕܒܪܢܘܬܐ ܚܕܬܐ ܗ̇ܘܐ ܗܘܐ: ܗ̇ܝ ܕܒܫܡܝܬܐ ܕܡܬܪ̈ܬܐ
ܗܘܒܐ ܕܒܚܝܠܐ ܕܪܘܚܐ ܗܘܐ: ܗܘ̇ ܕܐܦ ܠܗ ܠܐ
ܐܬܡܚܠ ܠܡܓܒܠ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܠܟܠ ܡܢ
ܦܘܩܕܢܗ ܕܒܟܝܢܐ ⁖

ܗܘܝܢ ܥܠܝ. ܘܦܩܕܝܢ ܗܘܝܢ ܕܐܫܠܡܗ ܐܠܗܐ ܠܚܘܫܝ ܡܛܠ
ܫܘܒܩܢ. ܘܠܝܬ ܠܝ ܬܘܒ ܣܒܪܐ ܕܡܝܬܪ. ܕܒܕܝܠܗܘܢ ܠܐܠܗܐ
ܗܘ ܕܠܐ ܡܬܡܨܝܢܐ ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܘܛܒܘܬܗ ܐܝܟܢܐ
ܕܠܘܬ ܚܛܝܐ ܕܡܢ ܒܪܫܝܬ: ܐܬܚܙܝܬ ܠܗ ܕܠܘ ܡܢ ܐܪܥܐ
ܢܗܘܝܘܗܝ، ܐܠܐ ܡܢܗ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܕܠܘܬ ܕܝ̈ܢܐ ܠܐ ܡܬܩܘ̈ܝܐ
ܘܠܐ ܡܬܓܠܝ̈ܢܐ ܘܠܐ ܡܬܡܠܠ̈ܢܐ: ܕܢܦܫܝ ܡܢܝ
ܒܡܫܡܫܬܗ ܕܡܢ ܫܢܬ ܡܢ̈ܬܐ: ܠܘܬ ܥܠܡ ܚܘܫܝ ܡܬܡܠܝܢ:
ܘܥܠܝ ܐܟܡܐ ܡܫܬܘܬܦܝܢ ܒܗܘܢ. ܡܛܠ ܕܒܪ ܚܝܝܢ ܗܘ
ܘܠܐ ܢܣܒܪ، ܠܝ. ܐܝܟܢܐ ܓܝܪ ܕܡܛܠ ܕܒ̈ܢܝ ܚܝܝܐ ܚܝܝ
ܕܐܕܡ ܘܙܪܥܐ: ܡܚܝܢܘܬܐ ܥܠܡ ܕܢܥܠ ܗܘ ܘܙܪܥܐ
ܐܬܝܥܠ ܘܐܬܦܪܫ ܥܠ ܥܠܝ. ܗܟܢܐ ܡܛܠ ܕܐܦ ܡܢܝ
ܒܪ ܚܝܝ ܗܘ. ܘܗܘ ܗܘܐ ܡܫܪܝܐ ܕܓܠ̈ܝܬܐ ܕܒܬܕܝܢ
ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܕܡ. ܕܡܚܝܢܘܬܐ ܕܝܠܝ: ܡܗܝܡܢܝܢ ܚܝܝ
ܘܐܝܬ ܠܝ ܣܒܪܐ ܕܡܫܬܘܬܦܢ ܚܝܝ ܥܠܝ ܒܢ̈ܝܐ ܠܐ ܡܬܩܘ̈ܝܐ
ܘܠܐ ܡܬܓܠܝ̈ܢܐ ܥܡ ܡܢܝ ܡܫܝܚܐ: ܐܝܟ ܕܐܦ
ܐܫܬܘܬܦܢ ܠܐܕܡ ܘܙܪܥܐ ܒܥܠܝ ܕܗܪܟܐ ܕܩ̈ܠܝ ܥܠ
ܚܩܝ. ܐܡܬܝܐ ܠܡ ܕܒܝܫ ܐܕܡ ܥܠܝ ܡܬܚܝܠܝ. ܗܟܢܐ ܒܝܫ
ܡܫܝܚܐ ܥܠܝ ܚܝܠܝ. * * * * * * * *
* * * * * * ܐܝܟ ܐܕܡ ܘܙܪܥܐ ܐܦ ܡܢ
ܟܕ ܐܚܪܝ ܡܢ ܐܡܬܝܐ ܕܗܘ ܐ̱ܢܐ ܐܦ ܢܐܡܪ ܟܠܡܐ
ܗ، ܟܕ ܕܐܦ ܕܠܐ ܘܐܘܟܠܐ ܐܬܟܠܠ ܘܐܬܡܠܝ. ܡܢ
ܡܪܝܡ ܒܬܘܠܬܐ. ܐܠܐ ܠܟܠܗ ܒܝܢܐ ܡܫܬܘܦ ܕܟܒܪܐ
ܘܕܢ̈ܫܐ. ܘܡܢܝܢܬܐ ܡܢ ܥܠܡܘܗܝ ܐܝܬ ܒܗ. ܐܝܟ ܕܐܦ

ܡܕܡ ܘܒܢܝܐ ܠܐ ܐܬܝܠܕ: ܒܡܫܡܫܬܐ ܙܒܢܬܐ ܬܪܬܐ ܐܬܥܒܪܬ
ܐܝܟ ܕܠܡܬܪܥܝܢ ܕܝܠܝ. ܐܬܚܙܝܬ ܕܝܢ ܕܐܦ ܐܠܝܐ ܗܘܬ ܟܠ
ܡܢ ܒܢܘܬܐ ܕܡܕܡ ܕܒܐܝܕܗ ܢܬܡܠܝܢ ܦ̈ܩܕܢܐ ܗܠܝܢ ܠܘܬܗ:
ܡܕܡ ܕܝܢ ܠܐ ܐܫܟܚ ܐܠܐ ܐܢ ܒܪܢܫܐ: ܒܪܢܫܐ ܕܝܢ ܠܐ
ܗܘܐ ܓܫܡܢܐ. ܐܠܐ ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܡܬܒܠ ܘܡܪܝܐ ܚܝܠ
ܟܠ ܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ. ܢܐܡܪ ܡܟܝܠ ܕܡܛܠ ܡܢܐ ܡܢ ܐܪܥܐ
ܠܐ ܢܦܩܗ ܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܗ ܕܡܢ ܐܝܟ ܕܠܐܕܡ ܩܕܡܝܐ.
ܘܡܛܠ ܡܢܐ ܡܢ ܐܢܬܬܐ ܐܬܝܠܕ ܕܠܐ ܙܘܘܓܐ ܕܓܒܪܐ.
ܘܡܢܐ ܕܗܘܐ ܣܘܦ. ܢܐܡܪ ܠܘܬ ܗ̇ܝ: ܕܡܛܠ ܡܢܐ
ܒܪܢܫܐ ܢܣܒܢܐ ܦܪܣ ܐܠܗܐ ܕܢܗܘܐ ܒܠܒܗ. ܘܡܢܘ
ܕܡܫܬܟܠܝܢ ܡܢ ܗ̇ܝ ܕܒܪܢܫܐ ܗܢܐ ܐܬܝܠܕ. ܒܗ ܡܠܘܬܝܢ
ܠܗ̇ ܟܠܗ ܡܪܢܝܬܘܬܐ. ܕܡܫܒܚܝܢ ܫܘܠܡܐ ܠܟܠܗ̇ ܟܠܬܐ
ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܡܢ ܫܘܪܝܐ. ܡܢܘ ܒܗܕ. ܡܢ ܫܘܪܝܐ
ܕܓܒܠܬܗ. ܡܬܓܒܠܐ ܗܘܐ ܘܒܪܝ، ܟܠ ܦܘܪ̈ܢܐ ܐܠܗ̈ܝܐ.
ܘܕܝ̈ܢܐ ܟܠ ܒܫܘܚܠܦܐ ܕܦܪܘܫܘܬܗ. ܡܛܠ ܚܙܝ ܕܠܘܩܒܠ
ܒܢ̈ܝܬܗ. ܘܒܦܫܩ̈ܬܐ ܒܟܠ ܕܝܢ ܗܢܐ ܐܬܚܙܝ ܕܠܘܩܒܠܐ
ܕܐܠܗܐ ܒܟ̈ܠܝܢ ܘܒܟܒ̈ܕܝܢ. ܐܚܪܢܐ ܕܐܦ ܗܦܟܝܢ ܗܘܝܢ
ܠܠܐ ܡܕܡ ܓܘܝܢ ܗܘܝܢ ܠܗ̇ * * * * * ܘܡܛܪ
ܡܢ ܕܠܬܠܐ ܕܒܕܝ̈ܢ ܕܐܢ ܐܬܬܚܡܘ ܒܢܝܬܗ ܐܝܟ ܡܬܒ̈ܢܝܬܐ
ܒܢܝܐ. ܐܠܘ[a] ܫܠܡܗ ܗܘܐ ܐܠܗܐ ܠܒܪܢܫܗ ܕܡܢ ܡܢ ܐܪܥܐ
[ܐܝܟ][b] ܕܠܐܕܡ ܩܕܡܝܐ: ܒܦܘܡ ܡܒܪܐ ܡܟܝܠ ܡܬܬܚܙܝܢ

[a] ms. ܐܠܐ.
[b] Ex coniectura add.

ܫܘܪܝܐ. ܘܬܘܒ ܡܢ ܒܬܪ ܕܫܠܝܐ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ ܡܢ
ܪܗܘܡ: ܘܕܘܒܪܐ ܕܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܫܪܝ ܗܘܐ ܫܘܪܝܐ.
ܐܚܝܕܐ ܗܘܬ ܕܢܦܠܘܿ ܠܦܓܥܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܘܕܘܒܪܐ
ܕܗܝܡܢܘܬ ܒܢ̈ܝܐ ܐܝܠܝܢ ܕܡܬܒܥܝܢ ܠܐܠܗܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ
ܕܒܗ. ܕܐܦ ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܠܗܐ ܐܫܪܝܢ ܕܢܥܒܪ ܒܗ.
ܒܪ ܗܘ ܠܣܘܕܘܗܝ، ܗܟܢ ܠܡܬܠ ܦܠܓܘܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܐܠܐ
ܐܦ ܗܘ ܒܪܢܫܗ ܕܡܢܝ̣ ܕܢܦܩ ܡܢ ܒܝܬ ܡܪ̈ܬܐ. ܘܫܬܠܡ
ܠܡܫܢܐ ܠܐ ܡܫܒܚܐ ܗܘܬ. ܐܠܐ ܠܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܐܠܗܐ.
ܫܘܪܝܐ ܓܝܪ ܕܡܫܬܐ ܗܘܐ ܠܣܘܕܘܗܝ، ܡܟܝܠ ܕܢܬܠ ܐܠܐ
ܐܦܠܐ ܚܝܢ ܒܣܢܬܐ ܡܟܝܠ ܗܘܬ ܕܢܣܒܠ ܚܝ̈ܐ ܚܕ̈ܬܐ:
ܘܕܪ̈ܫܐ ܢܬܒܠܥ ܠܡܫܘܕܥܐ ܒܠ̈ܚܐ. ܐܠܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘܐ
ܫܡܥܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ. ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܗܒܠ ܒܠܗܘܢ ܐܠܝܐ
ܗܘܬ ܕܐܦ ܐܠܗܐ ܢܗܘܐ ܒܗ ܒܒܪܢܫܐ ܗܘ̇ ܕܡܢ ܙܪܥܐ
ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ ܐܬܝܠܕ. ܐܝܟ ܕܐܦ ܡܛܠ ܗܠܝܢ ܘܡ̈ܬܠܬܐ
ܕܐܡܪ̇. ܠܐ ܫܪܝܐ ܗܘܬ ܕܬܠܐ. * * * * * ⁘

ܪܫܐ ܕܬܫܥܐ

ܕܡܛܠ ܡܢܐ ܠܐ ܐܬܝܠܕ ܡܢ ܐܢܫܐ ܒܪܢܫܗ ܕܡܢ̇ ܐܠܐ ܐ̇ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܕܠܐ ܙܘܓܐ ܕܓܒܪܐ.

ܐܠܐ ܡܢ ܒܬܪ ܕܐܬܚܙܝܬ ܕܡܛܠ ܦܬܓܡ̈ܐ ܕܐܬܝܠܕ
ܠܗ ܒܪ ܡܢ̇ ܡܫܝܚܐ ܒܒܝܫܝܢ ܘܡܠܝܐ: ܐܬܝܠܕ ܕܝܢ ܕܐܦ
ܡܢܐ ܐܬܝܠܕܝܢ ܗܘܝܢ ܦܬܓܡ̈ܐ. ܘܐܬܓܠܝܬ ܕܐܦ ܗ̇ܝ، ܕܡܢ

ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܡܕܡ ܚܫܝܒܐ. ܘܗܘ ܠܫܘܕܥܗ، ܫܦܝܪ ܗܘܐ
ܠܡܦܪܫ ܐܝܟ ܡܠܬܗܘܢ. ܗܕܐ ܕܒܠܫܢܗܘܢ ܗܘ
ܐܡܪܝܢ ܠܗ̇ ܘܟܠܐ ܡܫܬܟܠܬܗܘܢ. ܐܠܐ ܟܕ ܚܙܝܢ
ܗܘܘ ܕܡܬܬܐܡܪ ܒܐܝܠܝܢ ܕܐܬܐܡܪ: ܡܫܬܟܠܝܢ ܗܘܘ ܗ̇ܝ
ܕܐܡܪܢ. ܕܗܘ ܐܠܗܐ ܡܠܬܐ ܡܬܓܠܝܐ ܥܡ ܐܒܘܗܝ،
ܦܪܘܫܐ ܕܩܢܘܡܐ. ܘܗܘ ܐܝܟ ܕܒܗܝܠܐ ܡܠܝܠܐ ܡܫܬܟܚ:
ܕܠܐ ܦܘܠܓ. ܘܗܘ ܬܘܒ ܐܝܟ ܕܒܝܠܕܐ ܡܬܝܠܕܐ
ܠܝܠܘܕܗ ܘܠܡܘܠܕܗ، ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܡܫ̈ܬܘܝܢ ܕܢܬܚܫܒܘܢ ܚܫܝܒܐ
ܒܪܢܫܗ ܕܡܪܢ. ܘܫܦܝܪ ܗܢܝܢ ܠܫܘܕܥܗܝܢ ܒܗ ܡܬܐܡܪ̈ܢ:
ܕܢܣ̈ܒܝܢ ܙܒܢܬܗ ܘܦܘܪܢܣܗ ܕܟܠ ܟܠܗܝܢ ܒܪ̈ܝܬܐ. ܒܪܡ
ܢܐܡܪ ܐܦ ܥ̈ܠܠܬܐ ܐܢ̈ܫܝܬܐ. ܕܢܣ̈ܒܝܢ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬ
ܗܘܐ ܒܗ ܒܒܪܢܫܐ ܗ̇ܘ ܕܐܬܢܣܒ ܡܢܢ. ܐܡܪܢ ܡܢ ܠܥܠ.
ܕܐܝܟܢܐ ܗܘܬ ܕܢܘܕܥ ܒܡܪܝܐܝܬ ܘܢܫܘܐ ܕܠܐ ܡܫܡܥ
ܒܟܠܗܝܢ ܒܫ̈ܘܕܥܐ ܘܒܡܠܬܐ ܘܒ̈ܥܒܕܐ. * * *

* * * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * * *

ܘܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܠܦܘܬ ܡܠܝܘܬܐ ܕܝܠܕܗ.
ܐܘܕܥ ܠܢ ܒܪܘܚ. ܘܡܛܠ ܕܒܪ ܐܢܫ ܗܘܐ ܠܗ ܠܫܘܒܚܐ
ܕܫܘܒܚܐ: ܐܢܫܐ ܗܘܬ ܕܢܛܠ ܙܘܛܪܗ ܐܝܟ ܕܡܢ
ܕܐܫܬܡܠܝ ܠܗ ܡܢ ܒܪܘ. ܐܠܝܨܐ ܗܘܬ ܐܦ ܡܛܠ ܗܕܐ
ܕܢܫܘܐ ܒܗ ܐܠܗܐ. ܡܛܠ ܕܐܦ ܕܠܗ ܗܘܬ ܒܠܫܘܕܥܗ،
ܕܒܛܠܘܬܗ، ܠܫܘܒܚܐ: ܐܝܟ ܗ̇ܢ ܕܐܦ ܗܘ ܢܫܒܗ ܡܢ

ܐܠܗܘܬܐ. ܘܐܦ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܘܥܠܝܐ ܥܠ ܟܠܗܝܢ ܒܪ̈ܝܬܐ.
ܒܪ ܐܢܫ ܗܘ ܕܠܗ̇ܘ ܕܐܠܗܘܬܗ، ܠܗܘܢ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ
ܚܙܝܢ ܒܗ. ܘܒܗ ܠܗ̇ܘ ܚܙܝܢ ܒܐܠܗܘܬܗ ܡܫܬܟܚܝܢ
ܘܡܩܒܠܝܢ ܦܫܛܐ ܕܟܠܗܘܢ. ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܟ̈ܠܠܬܐ ܬܩ̈ܢܢ
ܗ̈ܘ، ܢܫܒܘܬܗ ܕܒܪܢܫܐ ܕܡܢ ܐܘ ܐܚܘܢ ܡܢܪܐ. ܒܘܢܫܐ
ܘܫܘܟܠܠܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܕܒܪ̈ܢܘܬܐ ܦܘܪܫܢܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܪ̈ܝܬܐ
ܕܡܬܚܙܝܢ ܘܕܠܐ ܡܬܚܙܝܢ. ܫܪܟܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܚܝܢܘ̈ܬܐ ܕܒܪ:
ܐܕܡ ܒܪܢܫܐ ܡܕܡܝܐ ܐܬܚܙܝ، ܕܡܫ̈ܠܡܝܢ ܥܠ ܚܝܢ. ܫܘܒܚܗ
ܕܫܠܝܢܐ * * * * * * * * * *

* * * * * * * * * * * *

*
* * * * * * * * * * *

ܡܛܠ ܐܢܫ ܕܕܡܐ ܕܒܒ̈ܘܗܝ، ܘܒܗ ܚܝܘܢ ܘܙܕܝܩ̈ܐ
ܚܝܘܢ ܕܠܘܬ ܐܠܗܐ. ܘܒܗ ܢܫܬܠܘܢ ܦܫܛܐ ܕܠܐ
ܡܬܚܙܝܢܘܬܗ ܕܒܒ̈ܘܗܝ ܘܡܬܐܠܦܝܢܗܘܢ ÷

ܪܙܐ ܕܬܡܝܢܝܐ

ܕܥܠ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܫܡܝܢܝܐ ܡܪܢ ܡܫܝܚܐ.

ܐܠܐ ܚܝ ܢܘܪܐ ܡܚܝܠ ܦܘܫܩܐ ܕܡܙ̈ܝܢܐ. ܗܢܘܢ
ܕܒܪ ܫܡܝܢ ܡܢ ܕܬܒܝܢ ܡܫܪ̈ܝܬܐ ܕܐܫܬܘܬܗ ܕܡܪܢ
ܘܟ̈ܠܠܬܐ ܕܡܫܠܠܬܗܝܢ ܐܬܢܣܒܬ. ܟܠܗܝܢ ܟܠܝܢ ܒܪ ܐܕܡ̈ܝܢ.

ܒܝܕ ܨܘܡܐ ܡܟܝܟܐ. ܛܘܪ ܓܝܪ ܡܪܓܠܝܢ ܘܙܕ̈ܝܩܐ
ܒܟܘܫܪܐ ܕܦܠܚܘܬܐ. ܘܪ̈ܓܝܓܐ ܒܟܘܫܪ ܒܪܝܐ ܕܡܫܡܠܝܢ.
ܡܢܐ ܕܝܢ ܡܬܚܫܒܐ ܕܐܒܗ̈ܬܗܘܢ ܢܫܠܡܘܢ ܦܘܪܥܢܐ
ܕܒܢ̈ܝܗܘܢ ܠܗܘܢ. ܐܚܪܬܐ ܬܘܒ ܡܢ ܒܬܪ ܝܬܝܪܬܐ
ܕܡܢ ܒܬ ܫ̈ܢܝܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܕܝܪܐ ܕܠܥܠܡܐ. ܠܐ ܟܬܒܝܢ
ܠܡܒܥܐ ܒܢ̈ܝܐ ܕܦܩܠܬܐ ܘܕܡܝܩܐ ܘܕܐܪ̈ܐ ܘܕ̈ܟܐܦܐ
